tat etiam, lege naturali solum praecipi, ut fides valide data servetur, non autem doceri ut neque sit illa fides data valida est. Quare potestati humanae licitum est propter commune bonum conditiones quasdam statuere, sine quibus valide dari fides a subditis nequeat, prout statutum est, ut auctoritas tutoris accedat, in ordinem ad valorem fidei a pupillis datae.

Propheta [illegible] dispensavit cum Naaman Syro, ut Regi in templo Remmon idolum adoranti, ipse etiam sine culpa illud adorare posset, ut ex ejusdem responsione quam rogatus dedit colligitur (vade in pace) [illegible] in votis, et juramentis dispensari potest, quae tamen jure naturali obligant, ergo [illegible]. Lege naturali [illegible] dispensari potest. 4 Regum c. 5 49.

[illegible] verba plurimas habent interpretationes, ex quarum nulla dispositionem nulla colligi potest, Prophetam in lege naturali idololatriam vetante cum Naaman dispensasse. Primo enim cum Alexandro Natali, ita intelligi possunt, ut dicamus, Prophetam illi tantum concessisse, ut, si Rege ad Templum accedente et ibi idolum adorante, ministerio sibi injuncto fungeretur, quod erat Regi brachium porrigere ut eidem inniti posset, quod fieri non poterat, nisi Rege se inclinante et ipse se inclinaret. Quae quidem actio neque mala in se erat, neque ex ratione circumstantiarum cum idololatria conjuncta erat, ita ut enim erat obsequium Regi praestitum non idolo, nec circumstantiae contrarium probant, notum enim erat omnibus proprio ipsius testimonio eum idola non adorare, sed tantum Regi civilem praestare obsequium. Deinde hoc etiam cum Calmeto verba illa intelligi possunt, quod Naaman Prophetam de praeterito et de

pore

precatus sit ut veniam sibi ignosceret, quod antea idolum adoraverit, aut verum illum adoraret. Ex qua Elisaei etiam dicto elucet eum optime rationem illius tantum ut ... venia... peccata, nec amplius ad veterem superstitionem animum divertere, et simul promittenti, se posse deprecaturum, ut Deus eum cum Domino suo in templum ascendentem in idololatriis. Tali promisit. Et denique prout Cornelius a Lapide in hunc locum observat, Elisaeus non operatur ... facultatem concessit in adorationem idoli Regem sustentandi, ad dissimulationem non est, etiam eo erravit ego ... hujus ... Prophetam fecisse non audeo, illud unum constanter assero, nequaquam eum contigerit, idoli adorandi potestatem Elisaeum non fecisse, nec in naturali praecepto dispensasse.

Ad alterum respondeo distinguendo: Summus Pontifex dispensat in votis et juramentis, sive ut ipsum votum et juramentum tanquam Vicarius Christi relaxat, et tollit, sive promissionem Deo factam ejus nomine remittit, cum hoc est facit, ut manente voto et promissione obligatio naturalis illam servandi non oriatur, nego; ut autem ... Papa dum dispensat in votis et juramentis, ea ... concedit, ut non ... id, quod promittitur, et obligationi contractae non satisfiat, dum votum manet integrum, atque adeo non eximit hominem a praecepto naturalis obligationis sub ea ratione, sub qua objectum ejus est votum; sed ut Vicarius Christi fidem datam remittit, seu remittendo ipsum votum tollit, et consequenter omnis obligatio cessat.

Objectio 5ta. Opponunt denique plurima sacrae scripturae exempla ex qui-

bus

ut Deum in legis naturae praeceptis aliquando dispensare. Primo enim, 50.
occidit, dispensatum est a Deo cum Abrahamo Gen. c. 22. ut innocentem
filium suum, quem occiderat, uti etiam homicidium praecepit. Secundo dispen-
satum est cum Hebraeis Exodi c. 12. v. 35. ut vasa argentea, quae ab Aegypti-
is utenda acceperant, non redderent, et retinerent. Tertio cum Osea, cui Deus
praecepit, ut uxorem fornicariam duceret, Osea c. 1. v. 2. Denique cum
Patriarchis in Polygamia, dum plures uxores ducendi facultatem indulsit
ergo etc.

Ad singula, quae afferuntur exempla, antecedente negato singillatim re- Responsio.
spondeo; haec enim omnia optime explicantur, sine a Deo in legis natura-
lis praeceptis dispensatione facta admittatur. Et primo quidem ad Abrahami e-
xemplum quod attinet, dico, legi naturali minime, quatenus homicidium
opponi, et vetitum esse; sed tantum injustum, quod est contra rectam ra-
tionem, et privata auctoritate patratum. Ideo contra legem natura-
lem non peccant, qui hominem publica auctoritate occidunt, ut carni-
fex cum reum aliquem, vel miles in justo bello aliquem militem in-
terficit. Cum autem Deus supremus sit vitae, et necis Dominus, ni-
hil contra rectam rationem, nec proinde contra legem naturalem
imperavit, quando praecepit Abrahamo, ut filium suum ipsi in holo-
caustum offerret. Abrahamus igitur non modo legem naturalem
non violavit, sed ipsi etiam obtemperavit; lex enim naturalis prae-
cipit, ut Deo jubenti pareamus.

Quod in Aegyptiorum facto opponitur, furtum nullo modo fuit.
Furtum enim aliud non est, quam rei alienae ablatio, invi-
to, certe non rem alienam, sed suam spoliarunt, et aspor-
tarunt, nullum proinde furtum admiserunt. Deus enim ipse pro-
do:

bonorum temporalium supremus est Dominus, eaque singulis prout vult dividit in Hebraeos transtulit, eorum [illegible] dominium, quod Egyptii abstulere. Porro rei alienae ablatio lege naturae prohibita non est nisi fiat Domino invito; sed Hebraei non modo Deo summo omnium Domino non obstante, sed eo etiam jubente Egyptiorum vasa abstulerunt; eorum ergo ablatio non fuit legis naturae prohibitionis objectum.

Oseas quamvis ad mulierem fornicariam ex Dei praecepto accesserit, non ideo tamen fornicatus est, aut quidquam contra legem naturalem patravit. Fornicatio enim est accessio ad mulierem non suam; cum Deus talem accessionem non imperaverit, verum ut existimant S. Hieronymus et Augustinus, praeceperit ut mulierem quae antea fornicaria fuerat in uxorem duceret atque ex ea filios procrearet, quos Deus filios fornicationum appellat, quod generandi essent ex ea, quae fuit meretrix, quod legi naturae nequaquam adversatur.

Ad veteres Patriarchas denique venio, et cum illis Deum in Polygamia non dispensasse respondeo [illegible] [illegible] ut supremus [illegible] ex quo Auctor naturae erat multiplicandus [illegible] ad cultum Dei ipsius cultus augeretur, veteribus Patriarchis jus dedit, ut pluribus mulieribus uterentur; nam cum ipse sicut in caetera omnia, sic in corpora supremum habeat dominium, potuit lege naturali uni viro in plurium corpora, et pluribus [illegible] in unius viri corpus, jus concedere [illegible]. Polygamia enim naturali lege prohibita est ob accessum ad plures mulieres non suas, seu absque jure, quod hactenus non habebat. Unde Deus pluralitatem uxorum lege naturae [illegible]

trarium esse videri; posita enim concessione Divina uxorum plura-
litas legi naturali non adversatur, quia incommoda [illegible] qui
et plures uxores, et educationem opportunam [illegible], et quae
familiae adveniunt, et difficiliorem reddit filiorum educationem, sed De-
us qui plurimarum uxorum usum permittit incommodis istis facile
poterit providere

Ad alia, quae antequam huic capiti finem imponamus, discu- Scholion
tienda sunt [illegible] nonnulli, utrum lex naturalis, quae,
ut hactenus dictum est actiones alias praecipit, alias vetat, quasdam
etiam irritas esse jubeat. Quae dum [illegible]. Statuimus Prop.

Actus quidam non tantum lege naturali vetantur, sed irriti Propositio 12ma
etiam sunt. 51.

Sed est genus quoddam conventionum inter homines, quibus non-
nunquam aut lege [illegible] [illegible] ipsae in se [illegible] sunt,
sed etiam aliarum conventionum genus [illegible] sunt [illegible]
quomodo [illegible], [illegible] potestate, aut capacitate naturali
[illegible] ad valide [illegible], vel de re [illegible] impossibili;
vel denique [illegible] destituuntur proprietatibus quae ad constituendum
contractum, aut conventionem naturalem requiruntur; sed quamvis
de conventiones lege naturali irritas et nullius momenti esse quod
[illegible] [illegible] ad providentiam, et sapientiam universi guber-
nationem. Ergo

Item per partes prob. Quoad primum conventiones de re tur-
pi, aut [illegible] [illegible] [illegible] et effectum mali
[illegible] intrinsece mali, ideoque eas irritas ne fiant, ad sapientiam
et providentiam universi ac ultimum finem gubernationem per-
ti;

tinet, seu easdem a lege naturali valeant, seu ob quid intrinsece turpe obligent, ergo ad eamdem mundi gubernationem pertinet omnem illis valorem et obligationem adimere.

Quoad 2tam Conventiones factae a non habente potestatem aut capacitatem naturaliter ad valide operandum requisitam, aut de re impossibili, aut actiones, quae proprie inter humanas esse [illegible] non possunt, cum spondeat aliquis, quod [illegible] non pro[illegible] ex absente ratione [illegible] agunt, atque actiones non humanas, quoad obligationem validas subsistere, et non irritas providae et sapienti universi gubernationi repugnat ergo &.

Quoad 3tium Conventiones illae, quae ita fiunt, ut unum ex constitutivis desit, quibus contractus convenit, ne naturam quidem conventionis aut contractus naturalis habent, atque ad ordinatam et rectam illarum humanarum constitutionem adeo, quae ad providum etiam et sapientem ejus gubernationem spectant, ut actus, in quo nec natura contractus reperitur, nullum habeat moralem effectum, sed irritus sit ergo &.

Scholion. Actus natura sua irriti ob impedimentum ipsis intrinsecum sunt contractus v.g. simoniaci quibus res spirituales [illegible] temporale aliquid permutatur, spiritualia enim in temporalibus [illegible] in Dei contemptum contrahunt, irriti ob defectum capacitatis, aut potestatis naturalis sunt pacta, quae ab amentibus, aut [illegible] fiunt [illegible], quae [illegible] spondet dominus non est. [illegible] irriti ob defectum alicujus constitutivi sunt contractus v.g. emptiones, et venditiones, in quibus aut res aut pretium, aut consensus mutuus deest.

Regu:

Contractus a pupillis minoribusq. initi sunt positi a non habentibus potestatem ad contrahendum requisitam sed iste jure naturae non sunt irriti. ergo lex naturae non irritat conventiones factas a non habentibus potestatem. 52

Distin. maj. sunt actus positi a non habentibus potestatem ad valorem actus civiliter requisitam con. naturaliter requisitam nego maj. con. min. nego consequentiam Potestas naturaliter ad contrahendum requisita est potestas disponendi, quae consistit in dominio rerum suarum; quam quidem potestatem pupilli et potestati domini rerum suarum habent, atque adeo non est cur a lege naturali contractus ab iis initi ob defectum potestatis irritentur. Et vero leges civiles in commodum eorundem potestatem hanc naturaliter iis competentem ligant, ita ut dispositio ab iis facta in quantum illis in damnum vergit, absque tutoris auctoritate nulla habeantur, neque hac sua sanctione aliquid legi naturali contrarium statuunt. Responsio

Contractus matrimonii factus ab eo, qui voto castitatis simplici adstrictus est, aut sponsalia cum alia initis, valide lege naturali irritus non est; sed iste, aliquo quomodo sunt contractus turpes et potius quaerentem contrahentes; ergo lex naturae contractus turpes non irritat Objectio 53

Con. maj. distin. min. sunt contractus turpes ratione modi, et circumstantiarum con. ratione objecti sui, aut de se, et intrinsece nego min. et consequentiam Memorati contractus in se turpes non sunt; contractus enim talis non continet quoad se turpitudinem, neque etiam ratione objecti cum matrimonium Responsio

tur;

turpe, et illicitum non est verum nonnisi ratione modi et circumstan-
tiae, adeoque antequam turpes sunt, nempe ratione voti simplicis,
et sponsalium cum alio contractorum, quae contractui anteriora
sunt, cum neque ad substantiam contractus spectent, neque ea ...
jus factum sint. Neque potestatem ineundi matrimonium sive spon-
sa..., sive simplex votum auferunt, cum potestas tradendi jus
in corpus suum per ea non tollatur, sed tantum ligatur.

Caput 4

De principio ultimo cognoscendi legis naturae praecepta

Quid principium cognoscendi legis naturae praecepta? — Nomine principii, de quo hic agitur, intelligimus regulam quam-
dam, seu medium deveniendi in notitiam obligationis naturalis,
cujus vi liceat ... utrum lex naturalis hanc vel illam actionem
praecipiat, vel prohibeat dignoscere valeamus.

54. Proprietates requisitae in principio? — In principio ita descripto debent quatuor praecipuae conditiones,
seu proprietates reperiri. 1mo ut sit certum et evidens saltem
in se, licet non sit evidens quoad nos; frustra porro a nonnullis

55. determinate et absolute requiritur evidentia illius etiam quoad
nos. Cum enim in moralibus evidentiam semper obtinere non pos-
simus, satis est, si illud quoad nos certum sit, quia nulli errori peri-
culo exponimur, si legitima conclusione ex certo principio aliquid
colligamus. 2do ut sit adaequatum, hoc est omni particulari
circa obligationem naturalem accomodatum; ita ut ex e-
o omnia officia erga Deum, proximum, et nosmetipsos certo
aut ex eo naturaliter praecepta intelligantur. 3tio ut sit propri-
um, seu soli naturali obligationi dignoscendae inserviens, aliquo-

ex

-statuamus principium aliquod latissimum et vagum, ex quo
non magis naturalis, quam positivi juris obligatio infertur, uti
concludimus; quia debitum de obligatione naturali, cum a positi-
va discernere non poterit, quoniam ex ejusmodi principio æque
bene hæc ac illa inferri possit. Hoc denique ut sit ultimum ad
quod velut fundamentum cætera omnia principia reducantur, in
eo aliorum omnium ratio sufficiens contineatur, nec illius ratio ul-
tra inquirenda sit.

Quantum in assignandis principii memorati proprietatibus conve- Diversæ [illegible]
niunt scriptores, tantum discrepant in eruenda veritate illa [illegible] uni- opi-
versali, cui omnes illæ proprietates sunt tribuendæ. Nobis niones.
in tanta eorum dissensione nimis longum, et tædiosum foret sin- 56
gulorum commemorare opiniones; quare nonnisi celebriores affere-
mus, tum vero, quæ nobis opinio ad veritatem præ cæteris acce-
dere videatur, proponemus. Aliqui itaque cum Palavicino, ali-
isque principium dignoscendi legis naturæ præcepta ex conve-
nientia, vel disconvenientia objecti cum felicitate naturæ hu-
manæ repetendum esse censent. Pro dignoscendo autem quidnam
conveniat, vel disconveniat simpliciter felicitati naturæ assignant con-
sensum hominum in licentiam vel prohibitionem actionum alicujus,
si ante omnem eorum particularem ab auctore naturæ requisito
tulissent suffragium. Aristoteles, Cicero aliique internum taci-
tum consensum populorum astruebant. Heineccio, Schwarzio
pluribusque aliis videtur fundatum esse in amore Dei, sui, et proxi-
mi naturaliter debito, ita ut objecta legis naturæ sint illa, quæ
huic triplici amori vel convenientia, vel contraria sunt. Puffendor-
fius

fus cum magna sequacium caterva socialitatem esse principium genuinum, ex quo leges naturales off... dimetiri liceat, omnium lib. 2do de jure naturae, et quantum Wolfius perfectionem hominis et status nostri criterium esse judicat obligationis naturalis. Hobbesius ad conservationem, et utilitatem propriam tanquam regulam certissimam omnes actiones nostras exigendas esse arbitratur. Denique ut alios omittam, Joannes Franciscus Buddeus frustra esse se torquere autumat, qui unum aliquod principium quaerunt, quod omnia officiorum genera complectatur, et cum tria sint diversa objecta, circa quae hominis actiones occupentur Deus, homo ipse, et alii, totidem quoque principia in suo genere prima statuit: pro officiis erga Deum istud, Deum cole; pro officiis erga se temperanter vive; et denique pro officiis erga alios, socialiter vive

Scholion.

Quodnam est igitur inquires inter tot tamque diversa principia primum, et fundamentale cognoscendi legis naturae praecepta principium? Quid circa memorata principia sentiamus ex ore tenus indicabimus, et potissimum in resolutione difficultatum, quas contra sequentem propositionem afferemus. Interim candide exponentes, quod intima continet, dicimus illam nobis sententiam arridere, quae pro principio indicandi probandique legis naturae praeceptis infinitam Dei in creando, et gubernando perfectionem assignat. Quamobrem quidquid sapienter et providenter creari, et gubernatori assignari ejus perfectioni non est oppositum, illud ergo necessario Deum probare et [illegible] ac [illegible] providi gubernandum naturam rationalem perfectio Dei exigit.

q. e. d. id praeceptum esse legi naturali, ac necessario stabiliendum non esse existimamus. Ad hoc autem stabiliendum sic affirmamus.

Principium fundamentale cognoscendi legis naturae praecepta est ipse Deus, qua auctor, et gubernator naturae humanae infinite perfectus. Propositio 13. 57.

Prob. illud est principium fundamentale cognoscendi legis naturae praecepta, quo statuto singula legis ipsius praecepta recte ac legitima consecutione derivari, et deduci possunt; sed si Deum ut auctorem, et gubernatorem naturae humanae infinite perfectum pro ejusmodi principio statuamus, ex eo singula legis naturae praecepta legitima consecutione deducuntur: ergo q. Min. prob. Deus ut perfectissimus naturae humanae auctor, et gubernator ea omnia praecipere debet, quae ad sapienter, et provide naturam humanam gubernandam requiruntur; ea omnia prohibere, quae sapientiae, providentiae ceterisque illius qua auctoris, et gubernatoris naturae humanae perfectionibus opponuntur: sed si res ita se habeat, quaedam legis naturae necessario prohibita, quaedam vero e contrario praecepta esse recte colligimus: ergo q. Maj. in dubium vocari non potest. Cum enim Deus sit [illegible] perfectionis manifestandae universum condidit ac mundum propter finem illius dirigere et gubernare debet sapienter, itaque ut [illegible], et providentissimus est, ita naturam non modo [illegible] sed etiam gubernare, ut nihil in ea esse velit, quod fini summae perfectionis adversetur, adeoque etiam creaturae rationali in agendo curare introducere ea, quae huic fini [illegible], illa praecipere, sine quibus is obtineri non potest, ne eas tamquam operis imperfecti in ipsum auctorem redundaret, judicium

cum igitur, seu fundamentale et ultimum principium dignoscendi objecti a lege naturae necessario prohibiti vel praecepti non aliunde desumi possit, quam ex ipso Deo summe perfecto, ita scilicet ut omne et solum illud objectum actus moralis sit intrinsece malum, et a Deo necessario prohibitum, quod si permitteretur foret, in eo qua auctore, et gubernatore naturae humanae, argueret aliquam imperfectionem, et illud tantum sit intrinsece bonum morale necessario praeceptum, quod ut praeciperetur perfectio divina quae sapientissimi auctoris et gubernatoris naturae humanae essentialiter exigebat, et exigit. Quod ipsum solo rationis lumine adjuti agnoverunt prudentiores Ethnici cum Chrysippo l. 3. de Diis dicente: = Non potest aliud inveniri principium aut origo justitiae, quam ab Jove, et communi natura, inde enim initium duci debet, ubi de bonis, malisque disserendum =.

Caput 5.

De lege positiva.

Quid lex positiva? 58. Lex positiva ea dicitur, quae mentibus nostris non insita est, sed ab aliquo legislatore extrinsecus posita, et constituta. Cetera quae superius de divisione legum dicta sunt.

Objectio. Deum leges positivas ferre posse impudentissime infitiati sunt Naturalistae; supremas vero Potestates legum ferendarum auctoritatem habere post Waldenses, et Wiclefitas in dubium vocarunt Lutherus, et Calvinus cum suis ut Prophetas, et Divinos Magistratus non parum mi-se nos contestantes adversant. Ita Martinus Lutherus contra Joc. de capt. Babyl. = Cum sint Christiani, nihil ullo jure posse imponi legum, sive ab hominibus sive ab Angelis, nisi in quantum volunt

liberi

liberi enim sumus ab omnibus". Ex quibus verbis aperte colligitur, eos leges mere humanas aut penitus rejicere, aut illis in foro dumtaxat exteriori, non in foro conscientiae vim obligandi concedere. Nos illis ita occurrimus.

Propositio prima.

49

Deus potest hominibus leges positivas imponere

Prob. Si Deus hominibus leges positivas imponere non posset, ideo esset, vel quod Deus sufficiente auctoritate destitueretur, vel quod leges positivae hominibus utiles esse nequeant; sed neutrum dici potest; ergo q. Min. quoad utramque partem probatur primo quidem. Deus auctoritatem habet hominibus leges positivas imponendi, si summus est imperans, summumque in homines, quos ex nihilo effecit, perpetuoque conservat, auctoritatem, et dominium obtinet; sed res ita se habet: ergo q. Secunda prob. leges positivae praescribendo ritus externos, quibus Deus, et decenter, et uniformiter colatur; ~~subtrahendo~~ removendo vitiorum occasiones; clare determinando medium reconciliationis, incitamenta ad virtutem etiam hujusmodi suppeditando; excitando internos pietatis sensus; ostendendo ut summa ejus in nos auctoritas et bonitas, ac stricta nostra ab illo dependentia magis perspicua patefiat, leges inquam positivae haec et alia ejusmodi praestando homines adjuvare possunt, ut certius, et facilius ad propositam sibi felicitatem perveniant: ergo utiles esse possunt, ac proinde illas Deus condere, et hominibus imponere potest.

Scholion. Fuit certe haec opinio omnium illarum nationum, quae religione a Diis accepta gloriabantur, quales omnes ethnicos olim fuerunt; fuit haec opinio eorum quoque, qui religionem legislatorum fraudibus, ac dolis confictam ultro amplexi sunt, nisi enim communis haec fuisset persuasio, posse Deum hominibus leges posi-

positivas imponere, nunquam eas res necessarium habuissent. Quare communi cultissimarum nationum, et sapientissimorum legislatorum sensui se Naturalistae opponunt, cum constitutionem legum positivarum a Deo profectam posse inficiantur. Eos itaque tanquam insanae mentis homines derelinquimus.

Propositio 60. Supremae Potestates tum saeculares, tum Ecclesiasticae leges ferre possunt, quae conscientiam obligant.

Prob. 1mo. Illi possunt ferre leges, quae conscientiam obligant, qui veram habent alios regendi, et gubernandi potestatem, et auctoritatem; sed Potestates tum saeculares, tum Ecclesiasticae veram habent subditos sibi regendi facultatem, et auctoritatem: ergo etc. Maj. certa est. potestas enim alios regendi et gubernandi stare non potest sine facultate leges condendi, quae conscientiam obligant, coercendi sunt enim abusus, qui venam irrepunt, et singulorum personarum mala in officio sunt continenda, quae omnia sine legibus, quae conscientiam obligant fieri nullo modo possunt. Accedit, quod hoc ipsum lux naturalis praesertim et recta ratio dictat, subditos teneri superiorum praeceptis obtemperare; nam esse superiorem est potestatem, ac auctoritatem habere in alios, qui tanquam subditi dicuntur illi parere. Minor patet et ex iis, quae hactenus dicta sunt, et ex scripturis. Ad Romanos enim 13. legimus. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo. quae autem sunt a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt ... Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram

Cpr.

(quemcumque adeat); sed etiam propter conscientiam. De Principibus, et Regibus expresse loquens D. Petrus haec habet: Subjecti estote omni humanae creaturae propter Deum: sive Regi, sive Ducibus. Per me enim, inquit Deus Prov. 8. 15. per me Reges regnant, et legum conditores justa decernunt. De Principibus autem Ecclesiasticis Hebr. 13. habetur: Obedite Praepositis vestris et subjacete eis; et Actor. 15. 28. aperte fatetur Apostolus se a concepta divinitus potestate leges quasdam condidisse; Scitis, inquit, quae praecepta dederim vobis per Dominum Jesum. Et ut infinita alia Scripturae loca omittam, qui vos audit, dixit Deus Luc. Luc. 10. 16. me audit; qui vos spernit, me spernit. Ex quibus omnibus evidentissime colligitur, et quidem fide constat humanas potestates, et auctoritatem in subditos proprios habere, ipsasque leges ferre posse, quae eorum conscientiam obligant.

Prob. 2do Qui violat jus alterius in re gravi hoc ipso Deum graviter offendit nam Deus vult, ac jubet, ut unicuique sua tribuantur, et graviter vetat, ne graviter jus alterius violetur, cum jus alterius violare sit intrinsece malum, idque prohibitum lege naturali Divina: atqui violans praeceptum legislatoris in re gravi, violat graviter jus ejus, nempe jus quod habet exigendi per legem suam aliquid grave, et quo respectu illud graviter exigit: ergo q. d. Adde quod potestas obligandi in conscientia sub mortali, sit necessaria ad rectam gubernationem et efficaciam legum: alioquin innumerae essent transgressiones occultae, nec finis legis satis obtineri posset.

Obligare in conscientia est imponere necessitatem agendi vel [illegible]

omit

omittendi aliquid addendum vel pane, et affirmant Dei. Obli;
gatio vero in conscientia est talis necessarius

Objectio prima. Plura Scripturae testimonia Novatores opponunt. Et imprimis il-
61. lud Deuteronomii 12. ubi Deus praecipit nihil addendum legi suae:
quod praecipio tibi hodie, hoc tantum facito nec addas quidquam,
nec minuas. Deinde illud Apostoli Jacobi cap. 4. Unus est le-
gislator, et judex, qui potest perdere, et liberare. 3tio illud 2
Cor. 3. ubi autem spiritus Domini, ibi libertas. 4to denique
illud Tim. 1. lex justo non est posita, sed injustis ergo, in-
quiunt, nullus praeter Deum leges condendi jus habet

Respondeo. His et similibus textibus perperam abutuntur Novatores, qui
stolidae plebi fucum faciunt, et ea deliria modum quaerunt; sed
facilis res est ad omnia singillatim respondere. Et imprimis
cum Deuteron. 12. dicit Deus, quod praecipio &c. Nihil vero
legi addendum, quod eidem contrarium sit, quod vero conveni-
at, ibi jubet Deus; legibus enim de praeceptis caeremonialibus,
et prohibet judaeos, ne ad illa addant aliquid, praesertim ex riti-
bus Gentilium

Ad Jacobi Apostoli verba, unus est legislator. Respondeo ibi
sermonem esse de primo et supremo legislatore Deo, qui profecto unus
est, a quo caeteri suam potestatem accipiunt sicut Matth. 23 dicit.
Unus est Pater vester, qui in caelis est, Nec vocemini Magistri, quia
Magister vester unus est Christus. Et illa ipse declaravit, ne commu-
nicaverit Principibus terrenis facultatem legum condendarum, nec com-
muni regimini sive Ecclesiae, sive Principatus.

Verba 2 Cor. 3. ubi autem spiritus &c. nullam contra nos vim faciunt;
ibi

Si enim per libertatem intelligitur immunitas a servitute peccati, a timore servilitas servilis.

Ad 2um denique, lex justo non est posita. Dico illi sensum esse, legem non esse positam justo ad illum per vim coercendum, et terrendum; quia justus libenter, et ex amore justitiae legem observat. Quare lex justo imposita est ad illum dirigendum, lex quippe plura officia, et effectus habet.

Objectio 2da.

Ecclesia non valet quidquam praecipere de fide credendum, quod non sit a Deo revelatum, neque imponere alicui sub poena peccati, quod non sit a Deo praescriptum. Accedit, quod si lex humana conscientiam obstringeret, ejusdem obligationis esset ac divina, ejusdemque auctoritatis.

Responsio

Objectio penitus futilis est. Nihil de fide credendum esse, nisi quae a Deo revelata sunt, nempe ipsa testatur, et ratio evincit, quod Deus sit infallibilis auctoritatis, cui cujus praestandus est firmus assensus. At Scriptura ipsa divina docebat plura per temporum opportunitate occurrere, quae Principes vel prohibere, vel praecipere valent, sicut prout expedirent publicae ac ditionum utilitati fuerit. Non minus frivola et ridicula est altera objectio; lex humana vim obligandi habet ab ipso Deo vel auctore naturae, vel auctore gratiae. Ideo lex humana semper est inferior lege divina, a qua suam haurit vim, et auctoritatem.

Objectio 3tia.

Praecepta Evangelica efficiunt ergo inutilia esse praecepta humana.

Responsio

Nego consequentiam. Nam inter praecepta Evangelica est etiam praeceptum parendi legibus Principum Ecclesiasticorum et saecularium,

et

atque praepositis legitimis superiorum, quorum auctoritatem commendat, et quibus obedientiam praecipit Christus per se, et per Apostolos. Unde ad servandam legem Evangelicam legibus etiam, ac praeceptis humanis est obtemperandum.

Objectio 4ta. Si Ecclesia leges condendi potestatem haberet, eadem illi jurisdictio competeret; sed Ecclesiae nulla competit jurisdictio: ergo.

64.

Responsio. Distin. maj.: eadem illi competeret jurisdictio spiritualis, con.; temporalis, nego maj. Sic distin. min. nego conseq. Fatemur quidem Ecclesiam a Christo nullam in temporalibus jurisdictionem accepisse; illam enim dumtaxat illi potestatem concessit, quam ipse ut homo a Patre acceperat: negat porro Christus se temporali jurisdictione a Patre donatum fuisse, ut patet ex variis Joannis 18. 36 regnum meum non est de hoc mundo. Verum in rebus ad salutem pertinentibus maximam a Christo potestatem accepit Ecclesia, ut innumera fere Scripturae loca testantur. Quare ad Ecclesiam spectat sacramenta conferre, Religionis ministros consecrare, peccatores solvere, aut ligare, controversias de fide, et moribus exortas definire, quae et alia ejusmodi sine legitima spirituali jurisdictione praestari non possunt.

Instantia. Si autem Ecclesia spiritualem jurisdictionem haberet, legum violatores poenis afficere posset: sed nullus potest infligere poenas: ergo.

Responsio. Licet regularibus poenis in bonorum temporalium, dignitatum civilium, fortunae, vitae, &c. amissione consistentibus violatores legis Ecclesia afficere non possit; potest tamen eos spiritualibus, et canonicis poenis mulctare, cujusmodi sunt sacramentorum communionis Ecclesiasticae &c. privatio.

Principes praesertim saeculares non intendunt obligare sub peccato. Objectio 5ta
Hoc patet ex eo, quod eorum leges plurimae saltem sint mere poenales. 65
ergo 4. Accedit quod inferior in foro superioris obligare non potest: sed conscientiae forum est forum Dei: ergo homo in eo obligare non potest

Principes saeculares saltem virtualiter et implicite sub peccato obligare intendunt. Responsio
Nam hoc ipso, quod intendunt uti potestate legislativa, quae a Deo derivatur, sufficienter intendunt obligare sub peccato, propter identitatem connexionem unius potestatis a Deo derivatae, et obligationis sub culpa. Ad leges poenales, quod attinet respondeo, duplicem legem poenalem distinguendam esse, aliam pure poenalem, aliam mixtam. Primam poenam intentat aliquid facientibus, aut omittentibus, non expresso praecepto de eo faciendo vel omittendo, ut qui frumentum exportaverit solvat centum nummos; alia praecipit aliquid fieri, aut omitti, et simul poenam statuit, ut nemo frumentum exportet, qui exportat solvat centum nummos. Jam vero leges utriusque generis obligationem aliquam naturalem inducunt. Legi enim qualibet rectae rationi consentaneae obtemperare oportet. Qui ergo legem violat contra rectam rationem peccat. Et imprimis, quod attinet ad legem mixtam nullum dubium esse potest, quod vero spectat ad puram poenalem legislator non potest infligere poenam, nisi ob aliquam rationem. Ad alterutram ergo partem leges istae obligant, vel ad actionem seu committendam, vel omittendam, seu ad poenam luendam. Quibus ita constitutis solvitur quaestio de existentia legum pure poenalium: nempe leges pure poenales nomine leges intelliguntur, quae nullo modo conscientiam obli-

obligant nec quoad actum, nec quoad poenam. Dicimus nullas dari leges proprie tales, quae mere poenales sunt. Si vero eae leges mere poenales appellentur, quae etsi non obligent ad actum, obligant ad poenam, transgressione secuta, ejusmodi leges admittere non repugnamus.

Ad ultimum quod additur brevis et facilis est responsio. Inferior scilicet in foro superioris obligare potest, quando inferioris potestas est ab ipso superiore. Sed omnis potestas a Deo est. Humani ergo legislatores in foro conscientiae obligare possunt.

Scholion

Plura circa leges positivas observari possent. Nos gravitate argumentorum longiores observationes illis relinquimus ad quos fusius de legibus agere spectat; et pauca ista adnotamus. Primum est quod lex positiva graviter, et sub peccato mortali obligare censetur ex triplici potissimum capite, ex gravitate materiae, quando scilicet legislator rem ex se, vel ex circumstantiis gravem praecipit, aut prohibet; ex gravitate verborum, si nimirum utitur [illegible] aliis [illegible] aut [illegible] sub indignatione [illegible] quae formulae in legibus canonicis nonnunquam usurpantur; et denique ex gravitate poenae transgressoribus impositae. Hujusmodi sunt in ecclesiasticis excommunicatio, suspensio, depositio, interdictum; in jure civili poena capitis, carceris perpetui; haec enim poena ex gravitate [illegible] judice pro levibus culpis statui non potest.

Alterum quod observatione dignum existimamus est, legem humanam non semper obligare cum onere, aut gravis alicujus incommodi periculo; majorem enim vim obligandi habere non potest lex humana, quam divina; [illegible] positivam

non

non semper cum gravi periculo obligare; itemque negare huma-
nam sub gravi etiam periculo aliquando obligare asserimus, quan-
do scilicet bonum majus praecipitur, quam est illud, quod omittendo
periculum incurrimus, aut malum majus prohibetur, quam illud
[illegible] est. Sic miles [illegible] negare, et assignatam
sibi statio[nem] [illegible] tenetur etiam cum certo vitae periculo, quia
civitatis vel [illegible] conservatio longe potior est unius militis vita.
Sic Christianus mortem potius subire debet, quam [illegible] in
contemptum [illegible].

Tertium [illegible] illud est, quod si occurrunt simul duo prae-
cepta, quae simul servari nequeant, per se loquendo majus praecep-
tum servandum est; quia praevalet minori, et gravius obligat, un-
de tunc praeceptum minus obligare desinit. Praeceptum autem na-
turale cum sit de rebus [illegible] honestatem conti-
nentis, praeponderat praecepto mere positivo etiam divino; divinum
humano, cum Deus sit superior homine; praeceptum superioris [illegible]
[illegible] praecepto inferioris [illegible]; praeceptum altioris virtutis prae-
cepto virtutis inferioris; praeceptum negativum affirmativo, quia
illud obligat semper et pro omni tempore [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] prae-
ceptum [illegible] naturale [illegible]
[illegible]
[illegible] praeceptum inferius [illegible]
[illegible] materia [illegible] praecepto majo-
ri [illegible] non [illegible]
[illegible]

nem, et bonam moderationem informi [illegible] opera sua non [illegible] indigant.

Caput 6.

De natura, divisione, et principiis, praesertim vero de voluntario et involuntario disseritur

Quid actus humanus? 66. Actus humanus est ille, qui fit ab homine cum libertate, et advertentia rationis praevia, sive ut loquitur D. Thomas 1. 2. q. 1. ar. 1 cujus homo, ut homo dominus est.

Scholion. Illud hic advertere velim, non omnem actum hominis dici actum humanum saltem in genere moris, quia, per actum hominis intelligitur actus ille, qui ab homine fit, quocumque modo fiat, etiam dormiendo, per actum vero humanum intelligitur ille, qui fit ab homine advertenter, et libere, seu in quantum est dominus suorum actuum per rationem, et voluntatem, ut loquitur D. Thomas. Unde [illegible] intellectus, actus deliberati voluntatis, sicut et visus, gustus, auditus, visioque quando non fiunt ex voluntatis imperio, sunt quidem actus hominis, non tamen actus humani, atque ideo actus hominis latius patet quam actus humanus, cum omnis actus humanus sit actus hominis, non vero e contra.

Quotuplex actus humanus? 67. Actus humanus communiter dividi solet in elicitum, et imperatum; elicitus vel etiam immediatus est, actus ille, qui fit ab ipsa voluntate tanquam a potentia proxima et physica, actus [illegible] ab ipsa voluntate elicitus, et in ipsa remanet, ut amor, odium [illegible] etiam internus, et [illegible] imperatum appellamus, et illum qui ex imperio voluntatis ab alia [illegible]

potentiis producitur, ut intellectio ab intellectu, visio ab oculo. Et cum anima motum virtus corporis producat; ita ut actus externus etiam appareat, ut cum oculos movemus, currimus, ambulamus q. Ejusmodi imperati actus externi etiam dici solet.

Ex his itaque patet, duo actus humani principia, quae ad illum actum humanum efficiendum simul ~~continuo~~ concurrunt, intellectum videlicet esse, et liberam voluntatem. Eligere profecto, idest unum prae alio amplecti ad liberam pertinet voluntatem. Quum autem voluntas amplecti nequeat, nisi ante cognita fuerint, quae vel eligenda, vel rejicienda sunt, ea vero cognoscere munus proprium est intellectus; intellectus quoque debet esse actus humani principium. Potiori tamen jure actus humanus voluntati tribuitur. Intellectus enim facem veluti praefert voluntati, dum ea proponit, quae sub electionem cadunt, et voluntas denique decernit utrum eligere, vel repudiare malit. — principia 68.

Voluntarium illud dicitur, quod a voluntate proficiscitur, et definiri potest id, quod agitur cum intellectus cognitione, et voluntatis propensione. Antequam enim aliquid velit, aut agat voluntas, ut jam diximus, id cognoscatur necesse est. Unde dictum illud effertur: ignoti nulla cupido. — Quid voluntarium? 69.

Voluntarium dividitur primo in voluntarium plenum seu perfectum, quod oritur ex plena voluntatis inclinatione, perfectaque propensione absque ulla repugnantia, et imperfectum, seu minus dicitur illud, quod fit ex voluntatis consensu, sed non sine repugnantia. Talis est projectio mercium in mare metu ~~naufragii~~ naufragii. — Quotuplex? 70.

Vo

2do voluntarium dividitur in necessarium, et contingens. Necessarium est, a quo voluntas abstinere non potest; talis est amor quo in Deum diligit. Contingens est, quod procedit a voluntate operante cum indifferentiam ad volendum, vel non volendum.

3tio in voluntarium in se, vel ut alii dicunt expressum, seu explicitum, quod in se ipso et immediate volitum est, ut si quis occidat, quia vult occidere; et voluntarium in causa, seu implicitum, ac virtuale, quod alioquin in se in alio tamen volitum est, quod alterum confusum proprium fuit, et hujus effectus causa: eo tamen voluntaria est occisio illius, qui libere se inebriat, praevidens se, cum ebrius erit homicidii reparam fore. Porro ut effectus, qui ex aliqua causa sequitur sit voluntarius non solum physice sed etiam moraliter, scilicet ut ad meritum, vel demeritum imputetur, tria requiri solent, primo, ut operans advertat, aut advertere possit effectum hunc ex hac causa secuturum esse; 2do ut effectum hunc impedire possit auferendo ejus causam. 3tio ut causam hanc auferre teneatur, vel non ponere.

4to in voluntarium formale, seu directum, quod nimirum proficiscitur a voluntate per influxum positivum operante, et tamen voluntarii sunt actus omnes, quos voluntas elicit, aut imperat: et interpretativum seu indirectum, quod alioquin procedit a voluntate, ut efficiente ab ea tamen dependet, si voluntas actum ponere possit, et deberet, ut cum pater non corrigit filium, quem delinquentem videt, sive possit, occidere ponere

actum

actum sed ad id non tenetur, ut cum quis diebus non festis vult studiis vacare, dum dicitur missa.

Cum ex dictis voluntarium duo includat, inclinationem nimirum voluntatis, et cognitionem omnium, in quibus est actio evidens; est illud involuntarium censeri debet primo id quod fit sine propensione voluntatis, ut cum quis ex metu, aut violentia agit; secundo id quod fit sine propria intellectus cognitione cum nempe tollitur, atque turbatur cognitio, ut cum ex ignorantia, ex passione agit. Quid involuntarium? 71.

Hinc patet aliquid multiplici ratione involuntarium dici, et nempe dividitur primo in involuntarium privative, cum voluntas aliquid non vult, quod vellet possunt; et involuntarium contrarie vel positive, quo aliquid non tantum non est volitum, sed etiam est nolitum, et voluntati adversum. Insuper involuntarium contrarie duplex est: unum simpliciter, quod ita voluntati displicet, ut id nullo modo velit, sive impedire possit ne fiat, sive non; ut si mors inferatur alicui plane nolenti; aut si motus concupiscentiae ~~[illegible]~~ contra voluntatem toto affectu renitentem insurgant; alterum secundum quid, quod licet sub aliquo respectu voluntati displiceat, eidem tamen sub alia consideratione magis placet, et ab ipsa acceptatur: sic projectio mercium in mare metu naufragii facta, est secundum quid respectu mercatoris involuntaria, simpliciter tamen voluntaria est, ut aliquid minus acceptatur ad majus malum vitandum. Quotuplex involuntarium? 72.

His breviter de voluntario, et involuntario expositis, quaeritur Quae sit volun-

tarium minu- ea superaddunt, quae merito hic aliquem sibi locum vindicant, ut po-
unt, vel etiam ta, quae voluntarium vel minuunt, vel etiam tollunt, et penitus in-
tollunt volun- voluntarium faciunt. Sunt porro metus, violentia, ignorantia, et
tarium concupiscentia. Horum notiones paucis, clarioribus tamen verbis
[illegible] suppeditabimus, necessariae sunt enim ad solvendas quaestiones,
73. quas paullo post pertractandas aggrediemur.
Quid metus, et ~~Metus~~ Metus est praesentis vel imminentis periculi causa
quotuplex? mentis trepidatio. Gravis ne sit, an levis, tum ex mali quod time-
74. tur, magnitudine, tum ex hominis timentis indole aestimandum
est. Ut plerumque censetur gravis, qui sufficiens est virum constan-
tem, animumque fortis terreat, moveatque ad agendum, quod
alioquin facturus non esset v. gr. metus mortis, infamiae etc. Le-
vis autem, qui hominem solum inconstantem, et levem permo-
vere potest v. gr. metus laboris, objurgationis etc. Alius justus, alius
injustus insuper dicitur. Prior oritur ab alio potestatem haben-
te, legitima ex causa malum ~~comminitante~~ comminante. Po-
sterior est dum vel causa, ob quam intentatur malum, vel pote-
stas intentantis legitima non est. Praeterea dicitur antecedens
si moveat ad aliquid faciendum, et tunc dicitur res fieri ex
metu; talis metus est ille, qui navicularium movet ad merces
in mare projiciendas. Concomitans appellatur, si non moveat,
sed comitatur dumtaxat actionem, et tunc dicimus eam fieri cum
metu. Sic cum metu agit, et ex metu, qui furtum timens, ne
in furto deprehendatur.
Quid violen- Violentia, seu vis definitur communiter impetus vel majo-
tia, et [illegible] ris, et quae [illegible] quam ut repelli, vel superari possit, dicitque illi inferri, cu-
jus

jus potentiae agendi ab intrinseco quodam principio ad aliquid agendum vel patiendum quod renitenti applicantur. Unde quoties vim aut violentiam patitur duo requiruntur, quorum primum est principium extrinsecum, quod vim infert, alterum est renitentia, et reluctatio interior voluntatis, quae vim patitur.

Quinam requirantur? 75.

Ultra haec consequitur quod actus interiores, seu eliciti voluntatis vim pati non posse, cum quia ab ipsa voluntate immediate efficiuntur, adeoque a principio interno proficiscuntur, neque fiunt renitente voluntate, secus enim idem nollet, et vellet simul, quod utique fieri non potest. Exteriores itaque solum actus, qui imperati dicuntur, violentiam propriam pati possunt, uti quando alius violentior facultates corporis nostri, nobisque nequicquam obluctantibus, ad agendum, vel patiendum aliquid applicat.

Corol.

Ignorantia est absentia, seu carentia cognitionis eorum, quae quis nosse poteat, generatim vero triplicem spectatur. Primo ratione ignorantis, secundo ratione rei ignoratae, tertio ratione actionis, cui causam praebet. Prima ratione considerata est vel invincibilis, si a nulla humana industria nequeat, vel vincibilis, si adhibita morali diligentia possit, et debeat. Itaque rursus aut est affectata, dum quis non vult scire, seu vult ignorare illa, quae eum scire oportet, ut liberius agere possit, aut supina, seu crassa, cum quis nullam, aut fere nullam adhibet operam, ut ignorantiam dissipet, et eorum notitiam comparet, quae scire deberet, atque ita indirecte ipsam ignorantiam velle videtur.

Quid ignorantia, et quot modis spectatur? 76.

Si spectetur secundo modo ratione rei ignoratae, alia est juris, quae

jus

rus ipsum seu res, quae scire debet ignoratur alia facti, qua quis ignorat particularem quamdam actionis circumstantiam [illegible] nota comprehendi.

Quoad denique rationem ipsius actionis consideratur alia est antecedens, quae voluntatis determinationem antecedit et est causa actionis ita ut absente illa actio non fieret; alia est concomitans, quae ita cum actione conjungitur, ut ejus causa non sit, imo actio etiam illa sublata [illegible]: alia denique consequens, quae vel explicitam, vel implicitam voluntatis determinationem subsequitur et actionis causa est, haecque eadem est cum ignorantia vincibili.

Quid concupiscentia et quotuplex?

77\. Concupiscentia, nomine quo hic consideratur venit tendentia nostra seu actus appetitus sensitivi erga bonum sensibile. Si rationalem appetitum praeveniat, et voluntatem ad actionem excitet, antecedens vocatur, si vero ex proprio quodam voluntatis ~~[illegible]~~ actu orta sit, vel ad aliquem actum voluntatem inclinet, consequens dicitur, non quidem ratione actus, ad quem movet, sed ex quo provenit.

Scholion.

Nonnullae modo quaestiones sunt resolvendae, in quibus utrum metus, violentia, ignorantia et demum concupiscentia voluntarium adimant discutiemus. Et in primis ad metum quod attinet, certum est metum levem nullo modo voluntarium tollere, cum neque intellectus cognitionem, neque voluntatis electionem praeripiat. Certum est etiam, metum gravem, amentem a suo statu deiiciat, et rationis usum auferat, voluntarium omnino perimere, ut cuique patere debet; controversia igitur moveri non potest nisi de medio gravi, quo [illegible] manet homo tamen sui compos, ut plerumque contingit. Hac [illegible] itaque motu sequentem propositionem statuimus.

Pro

Metus etiam gravis, quo stante manet homo sui compos voluntarium non tollit omnino, sed minuit. Propositio 16. 78.

Pars 1ma prob. Ubi manet voluntarium in genere liberi [illegible] et [illegible] intellectus cognitio [illegible] tollit, [illegible] electio; sed metus etiam gravis, quo stante manet homo sui compos [illegible] intellectus cognitionem, neque ex parte [illegible] electionem tollit: ergo &c. Major patet ex notione voluntarii. Minor etiam certa est; mercator enim qui merces in mare projicit merces, et earum pretium cognoscit et vitae periculum in quo versatur, et etiam actionem merces projiciendi quam libere eligit, quia plus vitam quam merces amat: ergo &c.

Pars 2da prob. Ubi minuitur voluntarium [illegible] non minuit pro-pensionem in ipsum objectum, quod eligitur, sed metus gravis pro-pensionem minuit [illegible] eligitur: ergo &c. Major nullam probatione debet. Minor inde constat, quod ea quae fiunt ex metu, non parvam adjunctam habent repugnantiam. Sic mercator quamvis [illegible] naufragii merces in mare projiciat, eas tamen, si naufragii periculum abesset, servare vellet, et ideo cum aliqua repugnantia, et renitentia projicit, ergo metus gravis licet omnino voluntarium non tollat, illud tamen non parum minuit et hoc quidem est consentaneum etiam Aristoteli lib. 3 Eth. cap. 1. = Mixtae igitur hujusmodi actiones (quae fiunt ex metu) cum sint spontaneis tamen magis sunt similes =.

Objicias contra 1mam propositionis partem cum Thomistis: Objectio 1ma. illa absolute et simpliciter censeri debent involuntaria, quae fiunt reluctante voluntate; sed quae fiunt ex metu gravi fiunt 79.

vo:

voluntate absoluta: ergo, unde contractus ex gravi metu ini-
ti non sunt validi.

Respondeo. Dist. min. Q.: sunt voluntate reluctante absolute et sim-
pliciter con. reluctante secundum quid, nego maj. ... dist. min. ne-
go cons. Ubi est metus gravis ibi profecto est repugnantia
aliqua voluntatis; verum repugnantia haec inefficax est, nedum sim-
plex est, et absoluta, et non impedit, quominus mens sciens, et libere
volens, eam amplectatur partem quae sibi sub aliquo respectu repu-
gnat, unde fit ut si mors ille mala sit mortaliter peccat. Quod vero attinet
ad minorem contractus ex metu gravi factos esse invalidos: si generatim
dicatur, falsum est; si intelligatur de validitate ex jure posi-
tivo verum esse potest, et et nihil concludit: si enim dati contra-
ctus jure naturali validi sint, certum est eos esse voluntarios: atqui
ex metu facti validi sunt jure naturali; non enim major requiri-
tur voluntas, aut libertas, ut contractus valeat, quam ut pecca-
tum mortale fiat.

Objectio 2da. Matrimonium simpliciter voluntarium esset validum; atqui
80. tamen matrimonium ex metu contractum validum non est: ergo.

Responsio: Dist. maj. Esset, et est validum per se et attento jure naturali con.
attento jure positivo nego maj.; sic dist. min. nego cons. Potest Eccle-
sia certas statuere leges, quarum vi validum non est, quod jure natu-
rali validum foret. Sic post Tridentinam definitionem non valet ma-
trimonium clandestinum, quod ante ex natura rei validum erat.
Quod si matrimonium metu initum ex rei natura validum sit,
requiritur illud voluntarium esse; porro matrimonium metu factum
eatenus adeo ex rei natura validum est, et etiamnum non irritatur

in

a legibus cum fit ex metu juste incusso, qui quidem metus lon-
ge aliquando gravior est, quam qui injuste incutitur.

Quod excusat a culpa tollit voluntarium: sed metus gravis excu- Objectio 3tia.
sat a culpa eum, qui legem transgreditur: sic non peccat, qui ne- 81.
ex metu sibi a vicario inferendo, missam non interest die Dominica:
ergo.

Nego min. et dico eum, qui ex metu non implet aliquod Ecclesiae Responsio.
et communiter Dei ipsius praeceptum, non excusari a culpa defectu
libertatis, sed propter cessationem ipsius legis, quae cum tanto incom-
modo non obligat. Unde si lex quae non impletur talis sit, ut sem-
per obliget, semper peccabit qui eam transgreditur, etiamsi ex
metu omnium gravissimo agat; ut patet in eo, qui ex metu men-
titur, fornicatur etc.

Violentia absoluta voluntarium perimit; violentia vero insuf- Propositio 17 sexta
ficiens, seu secundum quid minuit duntaxat. 82.

Prob. Ratio prioris partis est, quod actio, quae fit contra omnem in-
clinationem voluntatis, sit penitus involuntaria; sed actio quae fit per
coactionem absolutam, fit voluntate modis omnibus renitente: ergo etc.
Ratio alterius partis est, quod si voluntas non omnino renititur, rema-
net aliqua ratio voluntarii, major aut minor prout voluntas plus mi-
nusve renititur atqui ubi violentia non est [illegible], quod infertur, voluntas non
renititur omnino, cum supponatur posse sane esse ut magis renitatur: er-
go etc.

Quae fiunt ex ignorantia antecedente, et invincibili Propositio 17 3tia
omnino involuntaria sunt, et omni culpa vacant. 83

Prob. Quod fit defectu cognitionis, et contra inclinationem vo-
[illegible]

[illegible] dat involuntarium omnino et omni culpa vacat; atqui, si actus ignorantia antecedente et invincibili fiunt ex defectu cognitionis, et contra inclinationem voluntatis; ut si quis occidat hominem [illegible] putans esse feram, non occidens si sciret hominem esse: [illegible], fiunt ex ignorantia antecedente, et invincibili omnino involuntaria sunt, et absque peccato. Deinde, quod fit ex [illegible] ignorantia [illegible] ex causa, illud nec in se volitum est cum hypothesi non sit cognitum, neque etiam volitum est in causa, cum ipsa ignorantia praecedat omnem voluntatis consensum: ergo est absolute involuntarium q.

Prob. 2do. Deus [illegible] impossibilia jubere non potest: atqui ignorantia invincibili, et antecedenti cognitioni [illegible] a peccato [illegible] [illegible] a peccatis [illegible] abstinere praeciperet etiam ut ab iis abstineremus quae ex ignorantia invincibili committimus [illegible] impossibile est [illegible] peccata [illegible] [illegible] peccati tenemur quia non, quia non fecit, quod facere non potuit, summae iniquitatis est.

Objectio prima. Voluntas non repugnat iis, quae fiunt ex ign. ant.; sed ea, quibus voluntas non repugnat, non sunt simpliciter et omnino involuntaria: ergo q.

Resp.

Sequentia [illegible] iis non repugnat voluntas actu propter cognitionis defectum, concedo; [illegible] nego min. et [illegible] nego conseq. [illegible] illis itaque quae fiunt ex ign. ant. et inv. etsi non repugnat voluntas actu, [illegible] repugnare posset propter invincibilem cognitionis

nis defectum, repugnat tamen habitui, et animi dispositioni. Hinc de[illegible] or [illegible] . [illegible] est manifestum est [illegible] dum fuisse involuntaria, et invita voluntate.

Illud qui est causa cur [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] non | Objectio 1a

dicit [illegible] [illegible] [illegible] sit involuntaria ergo [illegible] [illegible] | 85

tant. sit causa actionis q

Resp. conced. [illegible] et dispar[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] | Responsio.

voluntatis in eo, qui ex ignorant. operatur, est illa efficax et adver[illegible]

sa actioni illi, et si cognitio [illegible] actio non fieret. propter hanc

dationem [illegible] [illegible] oppositam, nempe absentia cognitionis [illegible]

[illegible] [illegible] . [illegible] propensio voluntatis [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] efficax nec [illegible] [illegible] actio

ni maximum adversa; [illegible] et virtus [illegible] . [illegible]

ut vitium removeat.

Si ignorant. et [illegible] actionem involuntariam redderet, et [illegible] | Objectio 2da

excusaret, quomodo actio puniri non posset; atqui saepe injustitiis puni[illegible] | 86.

tur. ergo q

Dist. maj. puniri non posset, si ille [illegible] actionem [illegible] | Responsio

et [illegible] esse ex ignor. ant. et [illegible] [illegible] nego maj. [illegible]

et nego consequ. [illegible] [illegible] [illegible] sufficienter [illegible]

neque in [illegible] [illegible] potest. [illegible] in [illegible] ignorantia [illegible]

vi manifesta culpabilis, et vincibilis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

contrarium [illegible] [illegible] [illegible] potest, et [illegible] [illegible].

Ignorantia concomitans nec voluntarium, nec involuntarium [illegible] | Propositio 14a

facit, unde nec accusat, nec excusat. | 87.

Pars prima prob., illud quod involuntarium est, quod nec in se, nec in [illegible]

causa volitum est: atqui opus ex tali ignorantia factum nec volitum est in se cum supponatur invincibiliter ignorari, nec in sua causa namque ignorantia ipsa cum nullatenus volita sit: ergo &c. Et certe si occisio facta ex tali ignorantia esset in se voluntaria, foret occisor pœnis contra homicidas latis obnoxius et ad restitutionem damni teneretur, sed tamen contrarium tenent Theologi: ergo &c.

Prob. pars altera. Ea actio positive involuntaria dici non potest, quæ non repugnat, sed potius congruit voluntatis inclinationi, quamque et vellet homo, et perpetratam gaudet: atqui talis est actio illius qui volens suum inimicum occidere, hostem suum occidit: ergo talis actio non est positive involuntaria, saltem ratione habita dispositionis subjecti, a quo procedit.

Propositio 20ta. 88.

Ignorantia consequens et vincibilis nunquam voluntarium tollit, nec a peccato excusat.

Prob. Quidquid fit ex ign. vel [illegible] in causa sui voluntarium est. Sed quæ fiunt ex ignorantia cons. et vincibili fiunt [illegible] vel [illegible] implicitum voluntatis [illegible]: ergo &c. Min. certa est. [illegible] homini est [illegible], [illegible] adhibendi diligentiam; ergo quidquid fit ex ign. cons. et vincibili [illegible] in causa est voluntarium, ac proinde [illegible] est [illegible] peccatum, [illegible] aut [illegible] [illegible] et [illegible] ignorantia [illegible] &c.

[illegible] Unde patet ign. consequentem et vinc. voluntarium [illegible] [illegible] sit, vel minus [illegible] non sit. [illegible] [illegible] [illegible] contin-

gat.

git, inquit, quandoque, quod talis ignorantia directe et per se est voluntaria, ut cum aliquis sua sponte nescit aliquid ut liberius peccet, et talis ignorantia videtur augere peccatum = Alterum etiam ab eodem auctore Doctore [illegible] traditum est = quandoque vero, inquit, ignorantia, quae est causa peccati, non est directe voluntaria, sed indirecte vel per accidens, puta cum aliquis non vult laborare in studio et, quo requiritur [illegible] ignorantiam et talis ignorantia minuit voluntarium.

Ignorantia de iis quae agimus non potest influere in opus, ergo nec efficere ut sit voluntarium. [illegible]ictio 89.

[illegible] ant. Non potest influere in opus physice con[cedo]; privative nego ant. et conseq.[uentiam]. Ignorantia scilicet cum sit cognitionis et scientiae quaedam privatio physicum quidem et positivum influxum in aliud habere non potest; at moralem, seu privativum habet in quantum removet scientiam ab ignorante, quae si adesset, opus non fieret. Responsio.

Concupiscentia antecedens voluntarium potius auget, Propositio 21.
si tamen vehemens sit liberum minuit. 90.

Prima pars prob. Eo magis voluntarium est actus, quo fit cum majori voluntatis propensione; sed concupiscentia ita [illegible] voluntatem [illegible] ut videre est in hominibus turpibus voluptatibus deditis, ergo. [illegible] quod [illegible] concupiscentia intellectum tenebris offundat [illegible] aliquam [illegible] tamen [illegible] vehementiorem commotionem in organo [illegible], ita et cognitionem in mente obscuriorem [illegible] rationem [illegible] et [illegible]

[illegible]

re nunquam verum erit concupiscentiam augere potius quam vo-
luntarium minuere.

Pars altera prob. quod nempe concupiscentia liberum minuat, li-
berum sive libertas consistit in indifferentia ad utramque partem
ad amplectendum scilicet, vel ad non amplectendum objectum a volun-
tate propositum. sed indifferentia illa minuitur per ~~indifferentiam~~ con-
cupiscentiam. concupiscentia enim habet quodammodo voluntatem
ad amorem rei propositae, trahit illud habitu, quemque voluptas
[illegible] velut quandam vim illi affert, et nonnisi cum difficultate sive
labore potest ~~[illegible]~~ resistere. ergo libertas aliquo modo per concupi-
scentiam minuitur. Hoc ipsum patet etiam ex communi homi-
num sensu, qui minus libere agere, ac proinde aliqua venia dignos esse
existimant illos, qui vehementi cupiditate capti in malum consen-
serunt.

Solutio primi. Dicimus in prima prop. partem concup.em antec.m voluntarium
augere, et hoc praesertim intelligendum est respectu objecti, ad
quod concup.o directe voluntatem movet, et movet. Caeterum ad-
vertendum est non hic quid concup.o respectu objecti, ad quod indire-
cte movet voluntatem, voluntarium quandoque minuit. Ratio est, quia
[illegible] cognitione [illegible] voluntarium [illegible]
[illegible] voluntarium, sed concup.o aliquando (ut [illegible] est [illegible]
[illegible]) [illegible] operationem [illegible], ad quod directe movet voluntatem,
non forte illius concupiscentia [illegible] quandoque [illegible] objecto
[illegible], et nonnisi [illegible] et [illegible]
[illegible]: ergo q.

[illegible] Dicimus in altera prop. partem concup.m eandem liberum minuere,
quod

quod, quidem ex dictatis actiones certissimum est, illud deinde tamen
vox nomen portat voluntarium, quod ex consuetudine cum li-
bero quandoque confunditur, hoc tamen ex dictis quandam
aeq. Voluntarium enim ut antea diximus est a principio intrin-
seco cum cognitione finis at vero liberum ut in Psychologia
vocatur non modo est a principio interno cum cognitione finis ve-
rum etiam procedit ex indifferentia atque electione, adeo ut a-
gens liberum habitis etiam omnibus ad agendum requisitis, pos-
sit agere vel non agere. Voluntarium a spontaneo etiam se-
cerni debet. Spontaneae enim sunt actiones illae, quae ex qualibet
propensione fiunt, vel sine cognitione finis, cujusmodi sunt
comestio, somnus in quem homo sponte sua fertur

Ex his quae hactenus dicta sunt manifeste infertur concupiscentiam Coroll.
ut voluntarium, tum consequenter quae liberum minuit, peccatum
quoque minuere, ita ut peccata quae ex concupiscentia committuntur,
minus gravia sint in genere suo, quam quae committuntur ex mali-
tia. Peccatum enim esse debet liberum, unde quoties tale liberum
minuitur, similiter et gravitas peccati minui debet, quamvis
non ita tamen ut mortale evadat veniale

Contra primam partem. Homo agens motu concupiscentiae quandoque Objectio prima
conscientiae remorsum, seu displicentiam patitur, sed hoc ipso concu- 91.
piscentia non modo voluntarium non auget, sed etiam minuit, ergo.

Distinguo maj. patitur conscientiae remorsum respectu alicujus actionis Responsio
circumstantis, aut adjuncti, ad quod indirecte movet, ut est ex-
gr. peccatum, poena temporalis aut aeterna, infamia con. respectu
actionis, ad quam directe movet concupiscentia, nego; ut si contingit, ut
ex

ea, quae per concupiscentiam fiunt, fiunt minus libera et applicata, hoc fit maxime per accidens, et ratione alterius causae, non vero per se et ratione ipsius concupiscentiae.

Objectio 2da 92. Concupiscentia minuit, aut etiam tollit cognitionem objecti ergo et rationem voluntarii.

Responsio. Distinguo ant. Minuit aut etiam tollit cognitionem objecti prout est bonum sensibile et ipsi concupiscentiae conforme, nego ant. prout est lege prohibitum et difforme, subdistinguo: si tamen est vehemens, ut nullus sit locus neque cogitationi, et deliberationi et locus [illegible], nego ant. eodem modo distinguo consequens; [illegible]

Objectio 3tia 93. [illegible] contra [illegible] partem. Metus non minuit libertatem ergo neque concupiscentia.

Responsio. Negatur paritas ant. [illegible] nego concupiscentiam. Disparitas est, quod metus ordinarie non minuat indifferentiam judicii sicut [illegible] concupiscentia sed potius augeat, cum faciat, ut ponderentur rationes pro, et contra usque ad naufragii periculum, quanta maxima [illegible].

Caput 7.

De bonitate, malitia, et indifferentia morali actuum humanorum

Quid moralitas? 94. Moralitas est habitudo, quam habent actiones cum lege morum, cui eaedem conformari debent. Moralitas nomen habet non a more prout per se significat consuetudinem, quasi actio ab [illegible] moralis, quae fit eo modo quo homines communiter agere solent, sed a more, a quo homines habent, ut laude vel vituperio, praemio vel poena digni sint.

Quid

Consensio actus cum lege dicitur bonitas, sive honestas, dissensio ve- Quid bonitas
ro actus ipsius cum lege turpitudo moralis, sive malitia. Quod si de- malitia, et indi-
num actus aliquis cum lege comparatus, neque illi congruerit, ferentia actionum
neque ab ea dissenserit, actus ille indifferens appellatur, id est ne- humanarum?
que bonus, neque malus, neque honestus, neque inhonestus. 95

Cum actio moralis sit, quae ab aliquo fit ita, ut vel conformis sit, Quinam actus
vel difformis legi, atque adeo talis, quae directionis capax sit; soli morales esse pos-
autem actus humani capaces directionis sint, utpote in potesta- sint?
te hominis constituti; hi quoque soli possunt esse morales. 96

Principia actibus humanis, ut morales sunt peculiaria, seu ea, Quae moralita-
ex quibus moralitas actionum propria colligitur, sunt ista 1mo obie- tis principia
ctum circa quod versatur actio. 2do finis cujus causa fit, 3tio circum- 97.
stantiae, seu actionis adjuncta. Cum enim norma actionum huma-
narum, quae eadem est lex naturae, spectat actiones sub ratione spe-
cifica intrinseca honesti, et boni; haec autem honestas non a solo ob-
iecto, sed etiam a fine agentis, et adjunctis actionibus comitantibus,
dependeat; ut actio moraliter bona sit tum quoad obiectum, tum
quoad finem, ac circumstantias normae conformis esse debet. quod si ve-
ro vel unum ex iis cum lege non congruat, actus moraliter bonus
non est. = Bonum enim, ut pervulgatum habet axioma, bonum
ex integra causa, malum ex minimo defectu.

Ex moralitate actionis tanquam proprietas consequitur, quod illa Quid imputabi-
possit homini imputari, seu quod homo pro ejus auctore habeatur, ta- litas?
ut ei rationem de illa reddere adigatur, effectusque ex illa prove- 98.
nientes eidem tribuantur.

Cum ex moralitate actionis ejus imputabilitas fluat; ad actio- Quaenam impu-
nis

tabilitatis mora- nis vero moralitatem requiratur tum liber voluntatis consensus,
rum? tum intellectus advertentia, et discursus ejus praecedenti; tantaque
99. sit imputabilitas, quanta est actionis moralitas, seu advertentia,
et voluntatis libertas. Quod si itaque cognitio sit perfecta, aut imper-
fecta, et tenuis, consensus liber plenus, aut semiplenus; imputabilitas
quoque eidem conrespondebit, et culpa contracta levis, aut gravis erit.

Quaenam moralita- Morum regulae duae sunt: altera extrinseca, et remota, videlicet
tum regulae? lex aeterna; altera proxima, et interna, quae in ipso residet homine,
100 videlicet recta ratio. Ita docet S. Thomas = omnis autem commensu-
ratio cujuscumque rei attenditur per comparationem ad aliquam
regulam, a qua si divertat incommensurata erit. Regula autem
voluntatis humanae duplex est; una propinqua, et homogenea,
videlicet ipsa humana ratio; alia vero est prima regula, videlicet lex ae-
terna, quae est quasi ratio Dei =. Huic itaque regulae conformari debet
omnis actus humanus tum quoad objectum, tum quoad finem, et cir-
cumstantias, et superiorissimas.

relatio. Cum non defuerint non modo inter veteres, verum inter recentio-
res nonnulli caecutientes, et perversi homines, qui nihil ex natura sua
bonum, aut malum, honestum, aut turpe docuerint, horum adversus
eos rationem nostram convertamus oportet. Hobbesius profecto, et ce-
teri ejusdem, postremis hisce temporibus horrendam hanc doctri-
nam renovare ausus est. En autem quomodo portentosum
suum systema delineavit. Homo inquit homini sive a natu-
ra, sive a Deo facultates inutiles non accepisse: ergo conclu-
dit ipse, jus naturale habet ad omnia faciendi quae potest,
iisque omnibus utendi facultatibus, et quae sibi utilia sunt a-
gi;

vere possit. 2do, cum ad propriam conservationem, et felicitatem naturali propensione impellatur, licite potest alios homines occidere, ipsorumque quae diripere, si ita illius felicitas postulare videatur. Quare in eo nihil est injusti, nihil criminis, siquidem homo naturae obsequitur. 3tio, cum tamen si res ita permanerent, omnia subverterent, nec quisquam posset in tuto vivere, huic incommodo ut occurreretur, inita sunt pacta, quibus homines sese obstringerent ad quaedam facienda, et quaedam vitanda. Conventis autem standum est, fidesque servanda. 4to demum iidem leges civiles, et politicas instituerunt, quae solae sunt agendorum, et fugiendorum regulae. Ex quibus patet arbitraria dumtaxat hominum opinione, et institutione a se invicem discrepare fas, et nefas. Quare cum monstrosa haec doctrina omnia morum fundamenta concutiantur, contra illam sit.

Bonum, et malum morale ex natura rei differunt. Propositio prima 101.

Prob. prima. Ea naturaliter bona sunt, quae nos ad cognoscendum, et amandum Deum tamquam ultimum finem nostrum, ad quem omnes ordinamur perducunt; ea vero naturaliter mala sunt, quae ab eodem nostro fine et cognoscendo, et amando avertunt; atqui actiones bonae ad cognoscendum et amandum Deum nos perducunt, malae autem actiones ab eodem avertunt; ergo illae naturaliter bonae, istae naturaliter malae. Min. in dubium vocari non potest. major etiam certa est; nam ea nobis naturaliter convenire debent, per quae tendimus in finem, ad quem a natura ipsa comparati sumus; et e contrario ea nobis naturaliter inconvenientia sunt, quae ab eodem fine abducunt.

Prob.

Prob. 2do. Dantur actiones quaedam, quarum aliae bonae, aliae ne-
cessario malae sunt, absque ullis hominum pactis, et institutis: ergo
q. Ant. prob. Actiones istae Deum diligere, suum cuique tribuere, et
caeterae ejusmodi necessario bonae sunt; contra vero istae, Deum odis-
se, alios occidere; aliaque id genus necessario malae sunt: ergo dan-
tur actiones q. Ant. prob. Nisi primae ex memoratis actionibus es-
se, et necessario bonae essent, istae vero necessario malae essent fur-
ta, homicidia latrocinia, imo sui ipsius contemptum, et odium
Deus praecipere potuisset: sed refugit, et detestatur omnium
animis insita ratio. ergo q.

Prob. 3tio. Fidem in pactis servare, legibus civilibus obtempe-
rare vel bonum est, vel malum; si bonum dicimus, ergo, et bo-
num natura sua differt a malo; si malum ergo pacta, leges,
quae civiles infringere, adulteria, homicidia, aliaque ejusmodi
etiam post conditas leges, post inita conventa perpetrare li-
cet, quod repugnat cum ipsis adversariorum placitis, qui boni
et mali discrimen ex pactis et legibus repetendum esse conten-
dunt.

Prob. denique ex unanimi populorum omnium consensione
Boni et mali moralis discrimen non ab hominum opinione, et volun-
tate, sed ab ipsa natura est repetendum, si omnium temporum
nationes et populi quasdam actiones ut bonas, quasdam, ut ma-
las agnoverunt; atqui res ita se habet: ergo q. Maj. patet tum
ex eo, quod teste Tullio consensus omnium gentium lex naturae pu-
tanda est, tum ex eo, quod cupiditates, vitaque liberioris desid-
erium, quae apud homines vim maximam habent, universali legi

q:

agimus persuasioni adversantur. Min. autem probatur. Nemo ubivis gentium reperiri potest, qui dicere, vel etiam cogitare non horreat, nullum esse discrimen inter parricidam, adulterum, sacrilegum, et virum honestum: ergo &c. Nam optime concludit Cicero lib. 1. de leg. = Quae natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, et beneficii memorem diligit? quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, et odit? =

Justi, et injusti, boni et mali mensura est sola utilitas. ergo bonum, et malum natura sua non differunt. Objectio prima 102.

Nego ant. Regula boni, et mali, justi et injusti debet esse constans uniformis, et fixa norma; sed talis non est utilis, quod enim uni utile est, alteri saepe nihil prodest non modo, sed aliquando etiam obest: idem igitur erit simul bonum, et malum, justum et injustum, quod omnino repugnat. Deinde ex sententia quam rejicimus plurima etiam sequerentur absurda, cujusmodi sunt, Deo nihil esse justum, cum ipsi nihil sit utile, et nulla re prorsus indigeat; nullum Deo, nullum parenti amorem deberi, nullam quae in promissis fidem, nisi quatenus cuicumque prodesset: innumera natura licita esse, si nostrum in commodum cedant, et denique totius societatis subversio sequeretur: nam cum quisque varias sibi fingeret utilitates, quibus veluti totidem regulis actiones suas accomodaret; inde vero quam horrenda societatis perturbatio nasceretur? Quae et alia ejusmodi absurda manifeste ostendunt justi et injusti, boni et mali mensuram esse non posse utilitatem, et commodum. Responsio

Utilitas est boni, et mali, justi et injusti mensura, si homo licite Instantia.

face;

facere possit, quidquid propriae utilitati consentaneum judicat; atqui res ita se habet: ergo. Min. prob. Homo natura, et insuperabili propensione fertur ad suam conservationem, et felicitatem: atqui ex illa propensione nascitur jus faciendi quidquid propriae conservationi, et felicitati consentaneum judicat. ergo.

Responsio. Nego min. ad ejus prob. nego itemque min. et respondeo, quod quamvis homini proprium commodum quaerere liceat, non tamen illi quidquid utile est licet facere. Nam patriam prodere, parentes occidere, et alia ejusmodi aliquando utilia videntur, quis tamen patriae proditionem, et parentum occisionem licitam esse dixerit? Et nihil vere propriaque nobis utile esse potest, nisi quod honestum est. Constituit enim Deus naturae vindex, cui maxime displicet quidquid ab honestate licitum est alienum; a quo destinatus homo ad vitam honeste traducendam, et societatem cum aliis retinendam; quae omnia stare non possunt, si licite possit quisque propriam utilitatem in omnibus consectari. Ad alter. prob. item nego min. Potest enim quisque temere judicare aliquid propriae conservationi et felicitati consentaneum, et necessarium esse. Numquid propterea temerario ejusmodi judicio jus certum acquirat? Siquis ex. gr. insaniam sibi [illegible] induxit [illegible], suam suam felicitatem postulare, ut patriae civitatem [illegible], ut parentes interficiat, numquid statim haec ipsi licita erunt? Accedit quod ipsa recta ratio docet et jubet vitam fortiter abjiciendam esse, si ita utilitas publica postulat, cum commune bonum melius sit bono privato: homo igitur jus non habet faciendi quidquid sibi utile judicaverit

Objectio 2da. A natura acceptam habemus libertatem, et potentiam agendi

di

di quidquid libuerit: Sed potestas a natura accepta est jus proprie 103.
dictum: ergo jus habemus faciendum quidquid libuerit, ac proinde
nihil in se bonum est, vel malum. Min. prob. Ea potentia nostra
est vana, cujus exercitium licitum non est: ergo potentia
quam a natura accepimus est jus proprie dictum.

Nego min. Jus inter et potentiam maximum est discrimen. La- Responsio.
tro quippe Deum contemnere, amicum beneficii auctorem odis-
se, ipsum patrem occidere potest; at numquid idcirco haec omnia
efficiendi jus habet? Nobis inest facultas pacta infringendi; numquid
idcirco licite ea violare possumus? Hoc certe Hobbesius ipse negat.
Ad prob. nego ant. Vana quippe dici nequit potentia quae laudis
et meriti fons est et radix. Porro ejusmodi est potentia, quam a na-
tura accepimus, qua donati licet impune malum agere nequea-
mus, non ideo tamen inutilis est appellanda, cum meritorum et
laudis nos capaces efficiat.

„Deus summum jus habet in omnia, quia infinita est ejus po- Instantia.
tentia; ergo a pari tam late patet jus hominis, quam ejus poten-
tia.

Nego conseq.tm et par. Ratio discriminis est, quod Dei potestas Responsio.
nulli alteri subjiciatur; contra vero creaturarum potestas a divina
prorsus pendeat, et ideo possit Dei legibus coerceri; igitur etiam Deus
ob infinitam suam potentiam ad omnia jus habeat, perperam
concluditur, nobis etiam licitum esse quidquid possumus. Ceterum
ubi dicitur Deum in omnia jus habere, cave ne id ea ratio-
ne intelligas, quod possit etiam ea facere, quae suis perfectio-
nibus adversantur.

Objic.

Objectio 3tia
104.

Discrimen quod bonum inter malum intercedit, educationi, consuetudini, et superstitioni tribuendum est; ergo bonum et malum natura sua non differunt. Ant. experientia compertum est. Quis enim nesciat, quanta sit vis illarum opinionum, quae ex infantia consuetudine, superstitione originem habent? jam a pueritia animis nostris velut sacra mysteria obtrudi solent mera imaginationis, et ignorantiae figmenta; poenarum terror incutitur; praemiorum vero spes excitatur; atque hinc fit, ut hoc tanquam bonum amplectendum, illud vero tanquam malum fugiendum esse credamus: ergo.

Responsio.

Nego ant. Haec est celeberrima objectio, quam magnopere jactant impiissimi homines. At eos et praejudicatis opinionibus, et cupiditatum, criminumque illecebris praeoccupatos, atque abreptos esse facile patebit, si objectionis vim, quae sane nulla est, accurate expendamus. Et re quidem vera si superstitioni, et inculcatae ab incunabulis opinioni actionum moralium differentiam tribuamus, quid tam certum erit, quod eidem superstitioni, et inculcatae opinioni tribui non possit? Actiones quasdam adeo evidenter bonas, quasdam adeo evidenter malas esse ostendimus in conclusionis prob. et si de earum bonitate, et malitia dubitandum sit, omnia prorsus in dubium sunt revocanda, quod maxime absurdum est. Sed allata objectio aperte pugnat cum ipsis adversariorum principiis; nam si quidquam valeret, ostenderet etiam impuram ab infantia opinione, solem ipsum esse [illegible], quem [illegible] credimus, quod tamen adversarii affirmare non possunt.

Obja.

Clamat denique Puffendorfius nos vitioso circulo laborare. Si Obiectio 4ta.
enim, inquit, a vobis quaeratur cur haec turpia, illa honesta 105.
sint; respondetis vel cum prima et necessaria regula pugnant, vel
eidem sunt consentanea. Quod si quis ulterius percontetur cur
ista legem pugnant, aut ~~conveniant~~ conveniant regulae, re-
spondere debetis, aut turpia natura sua, aut honesta sunt; sed
hic manifestus est circulus: ergo.

Circulum, quem nos non committimus, Puffendorfius ipse sibi Responsio.
fingit. Si quaerit a nobis cur res aliae honestae, aliae vero turpes
sint, respondemus quidem, quia aliae conveniunt, aliae cum re-
gula normae aperte pugnant. At si ulterius quaerat, cur aliae cum
regula normae conveniant, aliae non, quia res omnes, respo-
ndemus, a divina pendent essentia, tanquam a prima causa exem-
plari; seu a primo archetypo ideae. In hoc autem nos nullo
involvi circulo, licet non Puffendorffio, cuique tamen sano logico, pa-
tet.

Tria dicimus esse moralitatis principia, ex quibus colligenda est [illegible]
Bonitas actionis, vel malitia ejusdem, obiectum scilicet, finem, et cir-
cumstantias. Quare actus quilibet cum regula normae comparari de-
bet tum quoad obiectum circa quod versatur, tum quoad finem
cujus causa fit actus, tum demum quoad circumstantias, quae actum
ipsum comitantur. Quod pluribus verbis sequenti propositione con-
firmamus. Itaque sit.

Actus humanus moralitatem desumit sive bonitatem, et ma- Propositio 13a.
litiam ab obiecto moraliter spectato, tum a fine, et circumstantiis 106.
Quod prima prob. Si ad actus humanos nomen moralitatem
dat

determinat, a quo habet ut bonus sit vel malus tum in genere tum in specie; atqui ab objecto habet ut bonus sit vel malus, tum in genere si objectum concipiatur generatim, ut rectae rationi conveniens, aut dissentiens juxta illud Oseae 9. facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt; tum in specie, si objectum consideretur ut bonum, aut malum in hac vel illa specie. ergo

Secunda prob. Illud determinat moralitatem actus, quod facit actum ex indifferente bonum vel malum, ex malo pejorem, ex bono malum vel meliorem: atqui facit finis actum v.g. ex indifferente bonum, vel malum: sic deambulatio mala est si fiat v.g. vanae ostentandi causa, bona vero si fiat ut quis liberius deinde Deo famulari possit: item facit actum ex malo pejorem, ut si quis furetur, ut possit tantum vino indulgere: item facit actum ex bono malum, ut si quis jejunet eo fine, ut hominibus jejunans appareat; vel ex bono meliorem, ut si quis eleemosynam eroget, ut peccata sua divinat redimat. ergo &c.

Tertia prob. Eundem actus alii aliis meliores, aut pejores fiunt, [illegible] idem habeant objectum, eundemque finem tum operis, tum operantis; atqui tales actus necessario bonitatis aliquid, aut malitiae desumunt a circumstantiis: ergo &c. Minor patet: Maj. vero prob. actus illius, qui nummum furatur in templum ad sublevandam inopiam suam, pejor est, quam si extra templum furetur. pariter actus illius, qui pecuniam sacerdoti eleemosynam erogat, ceteris paribus sanctior est, quam actio ipsius erogantis laici: ergo.

Obiicies [illegible] 107. Objicies contra primam partem: Amor proximi mali, est actus bonus, et proximus malus est objectum malum. ergo actus non determinat

[illegible] bonitatem ab obiecto. Unde odium Dei est actus pessimus, et
qui tamen obiectum hujusmodi actus, Deus scilicet est bonum, et opti-
mum: ergo &c.

Ad primum distin. maj. Amor proximi mali, et proximi est actus Responsio
bonus con. proximi et mali nego maj. Proximus enim qua talis
est obiectum bonum. Ad ultimum distin. min. Deus bonum in se, et
a parte rei con. est bonum prout subest odio, negamus. Non e-
nim odio habetur, nisi quia judicatur crudelis, injustus &c. obiectum
autem quod ut tale percipitur percipitur ut malum.

Actio non habet bonitatem vel malitiam ex obiecto: ergo &c. Ant. prob. Obiectio 2da.
Obiectum actionis est res, in rebus autem non est malum, sed in con- 108.
[illegible], ut docet S. Aug. ergo actio humana non habet bonitatem,
vel malitiam ex obiecto.

Nego ant. Ad ejus prob. distin. Deum [illegible] ant. in rebus in seipsis Responsio.
sive materialiter consideratis non est malum con. ant. formaliter,
sive moraliter spectatis non est malum [illegible]. non est malum for-
male con. non est malum [illegible] et causale nego ant. et conseq.
Prima distin. per se patet; secunda constat ex eo, quod malum formale, de
malo morali loquendo, proprie est discrepantia actus humani a regu-
la morum vel ratione obiecti, vel ratione finis, vel ratione alicujus
circumstantiae. Quare obiectum apte dicitur malum obiectivum, et
causale, cum sit causa, et occasio, a qua in actum derivatur
malitia, sive malum formale.

Contra eandem partem [illegible] moralitas [illegible] Obiectio 3tia.
esset, nulla actio esset mala: consequens est absurdum: ergo etiam 109.
ant. Maj. prob. Dionysius cap. 9. de divinis nominibus [illegible]: [illegible]
ni;

nihil respiciens ad malum operatur: ergo quilibet bona operatio ad bonum finem respicit; ac proinde si ex fine q.

Responsio. Nego maj. Ad illius prob. con. ant. distin. consequens. Ergo quilibet bona operatio ad bonum finem respicit, vel quandoque verum, quandoque apparentem, con. semper verum nego conseq.tiam illud ad quod respicit operans semper spectatur ab ipso, sub ratione boni, quod quia quandoque est tantum apparens, quod tamen non vult discernere, ex illo in actum pravitas derivatur.

Objectio 5ta. 110. Potest aliqua bona operatio ad malum dirigi finem, ut cum aliquis eleemosynam [illegible] ergo [illegible], et e contrario mala operatio ad bonum finem referri potest, ut si quis furatur, ut det pauperi: [illegible] in primo casu bonitas operationis, et in 2do actionis pravitas [illegible] dependet ex fine: ergo actio bona vel mala non est ex fine.

Responsio. Con. maj. distin. min. in primo casu bonitas operationis [illegible] quod non sit ex objecto; in 2do actionis pravitas [illegible], quae scilicet ex objecto non dependet ex fine, con. bonitas actionis simpliciter, et pravitas nunquam dependet ex fine, nego min. et conseq.tiam Ut bona simpliciter, et absolute sit operatio non sufficit, si sit bona tantum ex objecto, nisi bona sit etiam ex fine, et omnibus circumstantiis. Bonum enim oritur ex integra causa, quare si illa desit perfectio simpliciter bona non est, sed mala; [illegible] mala est quamvis [illegible] sit bona fine, quia malum oritur ex quolibet defectu: hoc est ut sit mala operatio, sufficit, si sit mala ex objecto.

Objectio 6ta 111. Contra 3tiam partem. Quod dat moralitatem intrinsecam actui debet esse aliquid actui intrinsecum; atqui nullatenus sunt circumstantiae, quae actui non sunt intrinsecae, ut locus, tempus: ergo q.

Maj.

Nego maj. Objectum enim est actui extrinsecum, et tamen mora- Responsio.
litatem extrinsecam eidem communicat. Ratio ulterior est, quia
ordo, quem actus dicit ad objectum, aut circumstantias, est eidem ex-
[illegible] extrinsecus, sive essentialiter, sive non. porro ex ordine hoc intrin-
seco intrinseca moralitas nascitur.

Obj. quod tribuitur alicui ratione substantiae, non tribuitur illi Objectio 6ta.
ratione accidens. atqui actioni tribuitur bonitas, vel malitiam ratione 112.
substantiam objecti. ergo non tribuitur illi ratione accidens. Atqui
circumstantia est accidens comparata ad objectum: ergo ejusmodi boni-
tas, vel malitia non desumitur ex circumstantiis. Deinde. bonitas, vel
malitia actuum humanorum desumitur, tantum a fine: ergo non ex
pluribus circumstantiis. Ant. prob. ex Aristotele ajente = cujus finis bo-
nus, ipsum quoque bonum, et cujus finis malus est, ipsum quoque ma-
lum est = pro ipsum conspirat S. Aug. cujus haec est doctrina = idem
quod finis est culpabilis, vel laudabilis idem hoc facit opera nostra cul-
pabilia, vel laudabilia = ergo q.

Respon. con. maj. distinguimus min. sic actioni tribuitur bonitas, vel ma- Responsio
litia ratione objecti substantiam, et etiam secundum accidens,
con. tantum ratione substantiam nego min. et conseq. Sicut in
naturalibus, et physicis bonitas tribuitur alicui, et ratione substan-
tiam, et ratione accidens, ita in moralibus quoque. Addo quod ad 2dam
nego ant. ad ejus prob. respondeo, mentem Aristotelis, et S. Aug. esse.
cujus bonus est finis, ipsum quoque bonum est pro quanto dependet
tur ex fine; et cujus finis est malus, ipsumquoque malum est pro
quanto ex fine dependet. Cum enim bonum sit ex integra cau-
sa, malum vero ex quolibet defectu, non sufficit bonus finis pro

actu

actione simpliciter bona, quamvis sufficiat malus finis pro actione simpliciter mala.

Scholion. Quaestione ita soluta, alia modo se offert, quae non modo inter Philosophos, verum etiam inter Theologos agitari solet, utrum scilicet praeter actiones bonas, et malas, aliquae dentur indifferentes, quae neque cum regula morum congruant, neque ab ea dissideant, proindeque nec bonae sint, nec malae. Nos antequam ad hanc quaestionem solvendam accedamus, illud in primis notatu dignum esse arbitramur, actum nempe humanum dupliciter spectari posse, in specie, et in individuo. Sicuti enim homo considerari potest vel solum ratione speciei, seu essentiae, prout abstrahit ab existentia, aliisque accidentibus, et tantummodo spectatur ut animal rationale; vel in individuo prout est hic, vel ille homo, doctus, vel indoctus etc. ita et actus humanus. Unde actus humanus quoad speciem indifferens communiter appellatur ille, cujus objectum [illegible] tum ratione sui, et praecisione a circumstantiis, praesertim a fine operantis, neque est bonum, neque est malum morale, quatenus in se spectatum neque praecipitur, neque prohibetur, neque positive dictatur a recta ratione, seu a regulis morum; cujusmodi sunt ambulare, odores olfacere, prospicere campos atque id genus alia. Actus vero indifferens ratione individui dicitur ille, qui non solum spectato ejus objecto, sed etiam consideratis omnibus circumstantiis, et praesertim fine agentis, talis hic et nunc esse praestituit, uno verbo spectatis omnibus, neque est moraliter bonus, neque malus. Jam vero quod spectat ad actus in specie indifferentes, facile conveniunt omnes;

ctivas et certum est dari ejusmodi actus indifferentes, qui spectati re-
rum a fine, quo fiunt, nihil boni continent, aut mali moralis, cum
eorum objectum non pertinet ad mores. Hinc illud S. Hieronymi
epistola 89: bonum est continentia, malum est luxuria, inter utrum-
que indifferens ambulare &c. Controversia itaque, et quidem celebris,
versatur circa actus indifferentes in individuo. Possibiles ejusmodi a-
ctus, uno ore [illegible] Scotus cum discipulis suis propugnat. Op-
positum asserit cum suis [illegible] S. Thomas [illegible]
[illegible] adhaerimus.

Nullus datur actus humanus in individuo indifferens. Propositio 24ta.

Prob. primo. Actus in individuo spectatus est ille, qui fit propter 113.
aliquem finem: qui enim fit propter finem est actus in specie
spectatus; atqui actus qui fit propter finem, indifferens esse non po-
test [illegible] enim talis actus [illegible]
[illegible] propter finem [illegible]
[illegible]; atqui impossibile est ut actus alicujus fiat propter fi-
nem [illegible] vel est Cre-
ator, vel creatura: sed actus qui fit propter Creatorem, ut a-
gens in eo conquiescat, fit propter bonum finem, actus vero qui
fit propter creaturam, ut voluntas in illa sola conquiescat, fit pro-
pter malum finem. Sic malum est comedere, et bibere usque
ad satietatem et solam voluptatem. Et ratio ulterior est, quod
[illegible] nobis a Deo data est ut [illegible] regula,
[illegible], quam qui non sequitur eo ipso non agit ut homo,
sed ut merum animal: ergo &.

Prob. 2do. Omnis actio otiosa est moraliter mala, atqui omnis a-
ctio

ctio, seu ad debitum finem non ordinatur est otiosa: ergo. Maj. et min. supra probatae veniunt. Prob. itaque maj. Non minus actio otiosa est moraliter mala, quam verbum otiosum, imo magis cum in actione otiosa tempus tam inutiliter occupatur, quam in verbo otioso, et aliunde jactura rei otiosae major sit, quam otiosae verbositatis, quod inter creata quaecumque minimum reputari solet; unde S. Hieronymus, si de verbis otiosis reddenda ratio, quanto magis de operibus? atqui verbum otiosum est moraliter malum, quandoquidem reddent homines de eo rationem in die judicii; ut habetur Matth. 12. ergo &c.

Prob. min. nempe quod omnis actio eo ipso quod ad debitum finem non referatur, otiosa sit. Et sic, in hoc constans est ex terminis: actio enim non dicitur otiosa eo quod malum habeat finem; ergo ideo solum otiosa dicitur, quia caret debito fine. Quod ipsum plerique Patres clarissime docent. Otiosum verbum, ait S. Hilarius, est illud inceptum, et inutile. Otiosum verbum, inquit S. Gregorius, est quod aut [illegible] rectitudinis aut ratione justae necessitatis caret. Et denique S. Bernardus otiosum verbum est, quod nullam rationabilem causam habet. Ergo pariter actio otiosa ea est, quae debito fine caret. Unde Matth. 20. operarii dicuntur otiosi, non quia nihil prorsus agerent, sed quia nihil efficerent utile, et quod ad debitum finem ordinari posset.

Ob. 3tio Omnis actus humanus vel rectae rationi consentaneus est, vel non: si prius bonus est utpote conveniens regulae suae [illegible] et sit [illegible]; [illegible] tanquam [illegible] [illegible]

… normam conspiciam: ergo omnes actus humani [illegible] aut vel [illegible], non [illegible] est [illegible] hu-
de utilitate credendi c. 12. omne factum, si recte factum non est, peccatum est; nec recte factum ullo verbo [illegible] potest, [illegible] ratio [illegible] 19 [illegible]
Philosophi, facta quaedam communia media dicunt inter recte factum, et peccatum, quae neque in recte factis neque in peccatis numerantur.

Illa opinio [illegible], quae [illegible], quod [illegible] porta; [illegible] non potest: atqui talis est opinio nostra: Quis enim hominum potest in singulis actionibus, iis etiam qui indeliberatae sunt, ut ipsum ultimum finem sibi semper proponere? ergo &c. Objectio prima. 114.

Nego min. Non enim requiritur relatio actualis qua homo in [illegible] actionibus singulis de ultimo fine cogitet, qui [illegible], qui illi [illegible] tendit, non semper de illo cogitare debet; sed sufficit relatio virtualis, quae [illegible] [illegible], manet [illegible] habitualis, quae nec revocata est per actum contrarium, puta peccatum, nec interrumpitur per [illegible] tempus [illegible] aliquo talis [illegible], sed quando talis est, ut [illegible] aliquoties in die suum bona opera [illegible] proposito [illegible] vel, [illegible] Christiano [illegible] non debet, [illegible] pro[illegible], [illegible], ut [illegible] aliquis dixerit = [illegible] [illegible] digitum [illegible], peccat =

Actus qui nec bonitatem, nec malitiam contrahunt ex objecto, circumstantiis, fine, et circumstantiis sunt indifferentes in individuo: at [illegible] dantur ejusmodi actus: ergo [illegible] prob. [illegible] quae sunt Objectio secunda. 115.

ad sublevandam lassae naturae indigentiam, ut ambulare
quieta quiescere, ad ignem frigoris depellendi gratia accedere, sunt
actus, quorum primo obiectum nec bonum est nec malum; secun-
dario nam sublevatio naturae, licet in ordine physico sit ali-
quid boni, quod corpori convenit; est tamen indifferens si in ordi-
ne ad mores spectetur. 3o finis est etiam indifferens: qui enim
ad ignem frigoris expellendi gratia accedit, plus se loquendo non
plus meretur, quam qui non accedit: 3o circumstantiis carent,
et supponuntur indifferentes ergo.

Responsio. Ad primum nego min. Ad 2um nego actus, de quibus agitur, ex
natura finis indifferentes. Vel enim fiunt ob solam volupta-
tem, et tunc includunt culpam venialem, ut ait S. Thomas; vel fi-
unt ut corpus functionibus suis magis habile fiat, et ideo mens
promptius, et melius ea, quae officii sui sunt, peragat, et tunc sor-
tiuntur bonitatem a fine, quem operans: ergo quocumque modo
considerentur non sunt indifferentes.

Instantia. Si praedicti actus boni esse possent, possent voveri; nemo ipso-
rum mali poenitentes se de iis accusare deberent: atqui neutrum
dici potest. Non primum, nam ridiculum esset, et stultum vovere u-
gi deambulationem ad sublevandam lassae naturae indigentiam.
Non 2um, nemo enim est, qui se de iis accuset, nemo qui ante quae-
stionem hanc in scholis tractari audierit, crediderit se peccare
veniam quaerere, dum nares emungeret, nisi hoc honestum in fi-
nem referret; nemo qui his in iis absolutionem impendere au-
sit: atqui hoc fatentur adversarii ipsi cum candide loqui volunt
ergo q.

Re-

Nego 1am partem maj: quae moraliter loquendo falsa est; quia non omne bonum voveri potest, sed id tantum quod est melius: porro ii etiam actus, qui boni sunt, non sunt meliores, quam ipsorum omissio, sed e contra. Sic tametsi matrimonium et per se bonum, et optimum, haud tamen communiter loquendo voveri potest, quia excludit statum virginitatis, qui Deo acceptior exstat. Dixi moraliter loquendo, quia sicuti matrimonium a quibusdam raris casibus voveri potest; sic et actus de quibus loquitur objectio, ob quasdam causas, quae raro occurrunt voveri possunt. Responsio.

Ad 2dam partem respondet Genet verbis his = quia similes actus, ut plurimum sine deliberatione ex sola imaginatione fiunt, et si fiant cum consilio, et deliberatione rationis, ad sanitatem, vel honestam recreationem, vel naturae quietem, et solatium virtualiter referuntur, regulariter sunt materia dubia, et ideo prudens confessarius debet his solam absolutionem impendere, sed poenitentem monere, ut de aliis licet jam confessis, quae certo sit fuisse peccata, se accuset =. Adde quod multi sint ex iis, qui Deum vere timent, qui saepius in die actus nos omnes offerunt Deo, et oblationem hanc identidem repetunt, ne interrumpatur: multi item qui se ut peccati reos habent, cum illud pietatis officium omiserint.

Nulla species est, quae sub se non contineat, vel continere possit Objectio 3tia.
aliquod individuum: sed aliquis actus est indifferens secundum suam 116.
speciem: ergo etiam aliquis actus est indifferens in individuo. Praeterea Bonum morale pertinet ad virtutem; malum autem morale pertinet ad vitium; sed aliquando homo actum, qui ex specie sua est indifferens, neque refert ad finem virtutis, neque

ad

ad finem alicujus virtutis: ergo actus ille neque bonus, neque malus moraliter est, ac proinde est indifferens.

Responsio. Distin. maj. Nulla species fundamentaliter a parte rei est, quae sub se non contineat aliquod individuum, con. nulla species formaliter per intellectum nego maj. et sic distin. min. nego consequentiam. Sicut admittitur, quod homo sub ratione speciei formaliter acceptus sit indifferens ad albedinem, et nigredinem, et quod homo sic spectatus neque albedinem, neque nigredinem contineat, quamvis a parte rei, et in individuo hujusmodi indifferentia non detur; sic quoque admitti potest, quod actus humanus sub ratione speciei formaliter acceptus, et per quandam abstractionem sit indifferens ad bonitatem, et malitiam, et quod actus humanus sic spectatus nec bonitatem, nec malitiam contineat, et praescindat etiam a determinantibus individuis; quamvis a parte rei, et in actibus singularibus talis indifferentia non sit.

Ad id quod 2do loco opponitur, con. maj. distin. min. ita ut si sic nullo modo referatur ad virtutem, aut ad finem aliquem rationabilem actus sit malus con. actus sit indifferens, nego min. et consequentiam. Actus ex. gr. comedendi si non referatur ad virtutem, aut aliquem rationabilem finem, ut ad sustentationem, sed ad solam voluptatem, est moraliter malus.

Objectio 4ta 117. Dantur omissiones deliberatae indifferentes: ergo datur actio humana indifferens in individuo. Consequentia valet: omissio enim deliberata pro actione humana habetur. Ant. vero prob. Omissio consilii, seu rei, quae tantum consulitur, est indifferens: ergo &.

Responsio. Nego ant. ad prob. distin. ant. Omissio consilii est indifferens ex

obie

obiecto con. ant. ~~et~~ ex fine nego ant. et conseqt. Cuiusvis consilii
et quidem indifferens quoad obiectum, quia illud non praecipitur;
et bona est, vel mala quoad finem.

In Concilio Constantiensi damnata est haec Joannis Hus prop. Obiectio 5ta.
Nulla sunt opera indifferentia: sed haec est divisio immediata 118.
humanorum operum, quod sint vel virtuosa, vel vitiosa: ergo ad-
mitti debet haec contradictoria; aliqui sunt actus indifferentes.

Distin. ant. damnata est in sensu Joannis Hus, con. in sensu no- Responsio.
stro nego. Contendebat Joannes Hus omnem, et quamlibet a-
ctum virtuosum esse vel vitiosum, prout eliciatur ab homine ju-
sto vel peccatore; quia inquiebat = vitium seu mortale
peccatum inficit universaliter actus hominis vitiosi, et virtus
vivificat omnes actus hominis virtuosi =. Hunc haereticum sensum
proscripsit Synodus Constantiensis, quia inter vitiosa hominis
mali, et virtuosa hominis justi opera, dantur actus aliquimo-
di; qui neque virtuosi sunt, tametsi fiunt ab homine justo,
cum is aliquando venialiter peccat; nec vitiosi tametsi fi-
ant ab impio, quia is nonnunquam pie agere potest. At Synodus
Constantiensis circa prop. ipsam absolute sumptam non pronun-
tiavit, cum quaestiones inter Ecclesiae Catholicae Theologos illaesa
fide agitatas dirimere non intenderit.

Si actiones qualibet etiam indifferentes intrinsecam bonita- Obiectio 6ta.
tem, vel malitiam ex circumstantiis, et determinationibus ac- 119.
cidentalibus desumerent, actiones etiam indifferentes ad finem
intrinsece, et ex se bonum referre teneremur: porro finem
hunc intrinsece bonum, qui est Deus ipse, et divina ejus attribu-
ta;

tuum manifestatio sibi proponere non possunt, qui Deum existe-
re negant, vel ignorant. Unde sic argumentantur aliqui: si a-
ctio etiam indifferens ad Deum tanquam ad ultimum finem re-
ferri debeat, vitiosa, ac proinde et peccata forent omnia infide-
lium opera: atqui id falsum esse Theologia docet: ergo &.

Responsio. Distin. maj: si actio quaelibet ad Deum referri debeat actu et ex-
plicite, conc. virtualiter, et implicite nego maj: sic distin. minorem
ga consequ. In nostris hisce institutionibus philosophicis sermo non
est de nostris actionibus ad Deum referendis ex charitatis motivo.
Hoc ad Theologos pertinet. Nobis satis est animadvertere omnes
actiones virtualiter, et implicite referri posse ad Deum ex motivo
scilicet alicujus virtutis, et honestatis. Hoc ipsum autem sufficit
ut viri infidelis opera bona sint in ordine naturali; quia potest
etiam vir infidelis ex fine honesto agens actiones suas virtuali-
ter et implicite ad Deum referre. Unde patet omnia infideli-
um opera non esse peccata in ordine naturali. Quod si haec spe-
ctentur in ordine supernaturali; improprie vocari possunt pec-
cata, quatenus non referuntur ad beatitudinem supernaturalem.

Caput 8.
De Conscientia.

Quid Conscien- Conscientiam, quae, juxta S. Bernardum est cordis scientia
tia? definiri solet, judicium actuale practicum dictans, quid in particulari sit
120. licitum, vel illicitum, agendum ut honestum, vel omittendum ut in-
honestum. Judicis itaque et testis munere fungitur conscientia: il-
lius enim est nos approbare, et absolvere si bene agimus; conscientia,
inquit Tullius de senectute, bene actae vitae, multorumque benefacto-
rum

non recordatio jucundissima est. Si vero male egimus, conscientia intus arguit, condemnat, morsibusque stimulis urget acerbissimis. Unde prima inquit Seneca in ep.a 97. ad Lucilium, prima et maxima pœna peccantium est peccasse ..... mala facinora conscientia flagellantur.

Cum Synderesis maximam habeat cum conscientia cognationem, Quid Synderesis. illius etiam notio tradenda est. Synderesis porro est habitus, seu 121. cognitio habitualis primorum principiorum moralium, qualia sunt ex. gr. bonum faciendum, peccatum fugiendum, Deus colendus et amandus; aliaque id genus. Ex quibus facile colligi potest, conscientiam a Synderesi, tanquam actum ab habitu distinguendam esse. Prima enim principia, quæ Synderesi ipsa cognoscimus, alicui peculiari actioni conscientia applicat. Sic v. gr. principium istud: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; ad Synderesim pertinet; illius in peculiari casu applicatio, ut non debeo huic homini inferre hoc damnum, ad conscientiam spectat.

Judicium circa morales actiones fieri potest, vel antequam fiant Quid conscientia ant. et consequens. actiones, vel postquam factæ fuerint. Si judicium actiones præcedat, dicitur conscientia ant. si subsequatur, conscientia consequens appellari solet. Prior illa quid bonum vel malum, ideoque 122. vel agendum vel omittendum dictat; hæc vero, posterior circa omissa, vel commissa versatur, approbans recte facta, male facta condemnans. Nos de priori sermonem instituimus, atque ideo præcipuas hujus divisiones, ac celebres species recensere debemus.

Primo itaque conscientia dividitur in veram seu rectam, et in conscientiam falsam, seu erroneam. Prima est quæ dictat aliquid in praxi Præ divisiones.

ali-

1123. [illegible] licitum esse vel illicitum, bonum aut malum, quod revera tale est in re. Altera est, quae dictat esse hic et nunc licitum vel illicitum, bonum vel malum, quod reipsa tale non est. Postrema haec duplex est, alia erronea vincibiliter, seu ex errore qui depelli potuit, et debuit; alia erronea invincibiliter, seu ex errore, qui adhibita morali diligentia depelli non potuit.

Dividitur 2do in certam, et dubiam. Certa quae ab aliis etiam tuta dicitur, est ea, qua quis prudenter, et sine formidine saltem rationali judicat hic et nunc aliquid esse bonum vel malum. Dubia quae etiam incerta, et non tuta dici solet, est ea, qua quis ita judicat esse licitum vel illicitum, ut simul judicet rem forte aliter se habere.

3tio dividitur conscientia, laxam, et scrupulosam. Laxa est, quae ex levibus tantum causis, et vilibus fulta rationibus licitum esse judicat, quod malum esse deprehendi facile potest, aut pro levi peccato habet, quod gravissimum aestimari debet. Scrupulosa est opinio formidolosa peccati, ubi non est peccatum ex inani frivoloque motivo concepta, et animum plenum angens. Utraque haec conscientiae species ad erroneam revocari potest, sicut et conscientia pharisaica, quae magna parvi, et parva magni facit.

Denique conscientia probabilis ea dicitur, quae actionem bonam, aut malam esse judicat ex argumentis gravibus quidem, et verisimilibus, sed quae non omnino excludunt errandi periculum. Si argta quibus nititur, levia sint, et insubsistentia, improbabilis ap-

pel

probatur

His ita expositis, viam nobis ad plurimas pertractandas quae- Scholion.
stiones aperuisse, cuique compertum est. Sed quoniam plurima alia in Ethica speciali remanent, quae etiam magis officiis propri sunt; idcirco hic eas dumtaxat quaestiones ad conscientiam pertinentes brevi sermone attingemus, quas maxime necessarias esse arbitramur. Inter has sit primo.

Quod conscientia vera, seu recta praescribit faciendum, Propositio 25 prima
quod ea prohibet semper est omittendum. 124.

Prob. Quod lex aeterna praescribit, faciendum, vel omittendum, illud semper prout lex praescribit facere vel omittere debemus: sed conscientia vera seu recta illud faciendum, vel omittendum dictat, quod ipsa lex aeterna praescribit: ergo etc. Min. quae sola in dubium vocari posset, manifeste patet ex eo, quod lex divina per conscientiam et rectae rationis dictamen sit hominibus intimata. . . . .

Non peccat qui agit ex conscientia erronea, si error sit in- Propositio 26 2da
vincibilis, item peccat qui contra eam agit. 125.

Prob. pars prima. Ut quis in hoc casu peccaret, necessarium esset, ut ignorantia invincibilis non excusaret a peccato; atqui ignorantia invincibilis, cum errorem voluntarium tollat, ut alibi diximus, a peccato excusat: ergo etc. Hinc S. Thomas = error conscientiae, inquit, quandoque habet vim obligandi; sive excusandi, quando scilicet procedit ex ignorantia ejus, quod quis scire non potest, vel scire non tenetur =.

Prob. pars 2da. Ille peccat qui vult peccatum: sed qui agit con-

contra conscientiam etiam erroneam vult peccatum: ergo q. Min. prob. Ille vult peccatum, qui facit id, quod judicat esse peccatum: atqui agens contra conscientiam invincibiliter erroneam facit id quod judicat esse peccatum: ergo q. Confirmatur ex illis Apostoli verbis ad Rom. 14. omne quod non est ex fide peccatum est. Hæc enim verba significant id omne esse peccatum, quod est contra conscientiæ dictamen, ut aperte ostendit contextus: agitur enim de iis, qui cibos quosdam pro aliis prohibitos esse credentes, iis tamen vescebantur: Qui vero sic discernit inter cibos, ait Apostolus, si nihilominus manducaverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

Objectio. 126. Si peccaret qui agit contra conscientiam invincibiliter erroneam, ille teneretur ad faciendum actionem intrinsece malam: sed talis obligatio dari nequit: ergo q.

Responsio. Distin. maj: Teneretur ad faciendum actionem intrinsece malam formaliter nego; intrinsece malam materialiter, et objective subdistin. directe et per se nego, per accidens, et indirecte con. maj: sic distin. min. nego conseq.tiam Actio præcepta a laborante invincibili errore, etsi mala sit objective, et materialiter, quatenus adversatur legi divinæ directe; non est tamen actio formaliter mala cum ab agente non cognoscatur ut mala, sed ut bona et præcepta: omnis quæ obligatio ad illam exequendam oritur ex errore invincibili adeoque per accidens non autem per se.

Instantia. Deus nulla ratione potest velle actum etiam tantum materialiter et objective malum: ergo neque potest obligare ad talem actum.

Re.

Con. ant. Distin. consequens. Non potest obligare ad talem a- Responsio
ctum directe determinando illam con. indirecte nego conseq.m Re-
pugnat profecto sanctitati Dei, ut possit velle actum etiam tan-
tum materialiter malum, quia tunc positive intenderet ejusmo-
di actum; non autem repugnat, ut pro circumstantia invincibili-
ter erroneae conscientiae hominem obligat ad actionem materia-
liter malam; quia haec obligatio tantum indirecte oritur, et in ad-
junctis, ubi materiale malum est unicum medium ad vitandum
malum formale.

Qui laborat conscientia invincibiliter erronea, neque se- Propositio [illegible]
cundum illam, neque contra illam agere potest. 127.

Prob. Laborans conscientia invincibiliter erronea actio est impu-
tabilis ad culpam sive juxta illam sive contra agit: ergo q. Ant.
prob. quoad primam partem. Ignorantia invincibilis operantem aliquid
quod legi adversatur ab imputatione ad culpam non liberat: sed
qui juxta conscientiam invincibiliter erroneam agit, facit aliquid
ex ignorantia invincibili, quod legi adversatur: vel enim exse-
quitur actionem quae saepe a lege prohibetur; vel omittit actio-
nem, quae a lege praecipitur: ergo q. Hac ignorantia laborans, quod
ignorare poterat, et debebat, peccavit Apostolus, cum Ecclesiam
Dei vexavit, et in ipsius occisionem totis viribus et oppugnante con-
scientia intenderet. Eodem modo peccarunt illi, qui Christi discipu-
los interficiendo, obsequium se praestare Deo ex intima persuasio-
ne judicabant

Ant. pars altera prob. Qui operatur contra conscientiam in-
vincibiliter erroneam, libere et cum praevia cognitione praecepti Di-
ctam

ctantis non esse agendum quod malum esse cognoscitur, vel agit vel omittit aliquid cujus acceptio aut omissio illi tanquam mala et legi contraria proponitur sed agenti, aut omittenti aliquo libere quod malum esse illi proponitur cum praevia cognitione praecepti naturalis vetantis agere quod malum esse cognoscitur, ipsa talis actio vel omissio est imputabilis ad culpam; cum ~~[illegible]~~ interpretative velit malitiam, et praedictum praeceptum libere, et cum cognitione ejus praevia transgrediatur: ergo etc.

Objectio prima 128. Si laborans conscientiam invincibiliter erroneam neque eam, nec contra dictamen illius agere posset, talis constitueretur in necessitate peccandi; sed hoc utpote bonitati divinae repugnans est absurdum: ergo etc. Maj. prob. Talis non potest non alterutrum facere vel omittere, nempe vel agere juxta vel contra dictamen conscientiae suae: ergo etc.

Responsio. Nego maj. ad ejus prob. nego ant. Potest enim iste talis, sicut tenetur, inquirere ire in veritatem, et errorem ponere, atque consequenter agere quod oportet. At si id facere nolit, peccabit quidem necessario, sed tantum necessitate consequente ipsius liberam nolitionem investigandi veritatem, haecque necessitas libere voluntaria ac proinde excusans a culpa non est.

Objectio secunda 129. Qui agit contra conscientiam invincibiliter erroneam semper malum agit; ergo e contrario qui juxta eandem conscientiam agit semper bonum agit.

Responsio. Nego consequentiam. Sicut in Dialecticis duae propositiones contrariae possunt esse simul falsae, ut istae: omnis homo est doctus, nullus homo est doctus: ita in moralibus duae contrariae possunt esse simul malae. Cujusmodi sunt tum ea quae contra conscientiam vincibiliter erroneam, tum ea quae juxta

eam

eandem agentes. Qui enim agit, rectamente conscientia, id, proinde facit, quod illicitum esse interna animi persuasione judicat, ac proinde vult, et amat peccatum: qui vero erroneam conscientiam invincibilem sequitur, ideo peccat, quod ex ignorantia quam depellere potest et debet, rem faciat a lege prohibitam.

Dubitans de honestate actionis ab agendo abstineat; si vero agendi necessitas urgeat partem eligat tutiorem. Propositio 28. 130.

Pars prima prob. Qui se exponit morali periculo peccandi, peccat, et quidem eadem specie, et gravitate peccati cujus periculo se exponit juxta illud Ecclesiast. 3. 27. qui amat periculum peribit in illo. atqui dubitans de honestate actionis, se exponit morali periculo peccandi nisi ab agendo abstineat. ergo peccat, ac proinde abstinere debet. Min. prob. Dubitans de honestate actionis nisi ab agendo abstineat, si agit, se ... spectato suo conceptu tum potest esse [illegible] quam licitum nec habet determinatum judicium quod operatio sua sit licita potius quam illicita, sed in ejusmodi circumstantiis agere est se exponere morali periculo peccandi: ut evi... patet: ergo &c. Hinc Cicero lib. 1. de Off. ait = Bene praecipiunt qui vetant quidquam agere, quod dubites aequum sit, an iniquum.

Pars altera prob. Qui licite agendum requiritur judicium prudens quod hic et nunc operando non peccetur: atqui eum dubitans eam partem eligit, quam minus tutam existimat prudenter judicare non potest se eam eligendo peccaturum non esse, ut patet ex terminis: ergo &c.

Prob. 2do. Non minus cauta hac prudenter in salutis nostrae negotio nos gerere debemus, quam in negotiis nostris temporalibus

atqui in dubio circa res temporales ille pro imprudenti haberetur, qui partem minus tutam eligeret, dum tutiorem eligere potest, qui v. gr. conscenderet navem, quam dubitat [illegible] esse, dum aliam navem [illegible] pro manibus haberet: ergo. Accedit quod partem tutiorem eligere sit regula juris cujus canonibus [illegible] continentur: in dubio tutior pars est eligenda, sanctum et [illegible] est eligere tutiorem, quod certius existimamus tenere debemus.

Coroll. 1. Ad licite igitur agendum requiritur judicium moraliter certum de honestate actionis; nam agens sine ejusmodi judicio se exponeret agendi periculum contra legem, ac proinde illius actio semper mala esset.

Objectio prima. 131. Deus non obligat, nisi ad abstinendum aliis quae lege sua prohibentur; atqui si pars tutior amplectenda sit in dubiis, quae adeo frequentia sunt inter homines abstinendum esset a multis, quae nulla Dei lege prohibentur: ergo. Quod pars tutior in dubiis sit necessario tenenda ab iis solum statui potest, qui cum Pharisaeis alligant onera gravia, et importabilia, et imponunt ea in humeros hominum. Matth. 23.

Responsio. Respondeo primo retorquens argumentum: Deus obligat ad abstinendum aliis, quae lege sua prohibentur atqui si teneri posset pars libertati favens contra legem, de qua ipsa etiam cum non constat dubitatur, [illegible] ut non abstinerent homines aliis, quae Dei lege prohibentur: ergo.

Resp. 2do distin. min. si pars tutior amplectenda est, abstinendum esset a multis, quae non prohibentur lege Dei directe, con. lege Dei indirecte; neg. min. et conseq. Ne vocis novitatem faciant, per legem Dei directam eam intelligo de qua dubitatur an existat nec ne; ac fa[teor] nos quod juxta opinionem nostram sit abstinendum a multis, quae lege hac non

non prohibentur quia neque dubitaremus ubi non dubitaremus, ac in densioribus tenebris involveremur. Legem vero reflexam naturalem dico, quae praecipit, ut his in dubiis casibus amplectatur homo id quod ipsum minus exponit periculo peccandi; porro cum lex illa reflexa et generalis amplectatur, dico, quod tutius est in hocce dubio obligat, ut patet ex dictis; manifestum est homini eum in opinione nostra non abstinere ab actione, quam alioquin poneret nisi divinae legi obediret; adeoque hoc casu ab iis potius abstinet, quae a Dei lege prohibentur.

Quilibet prudenter facit id quod prudenter et inculpate judicat non esse prohibitum: sed homo prudenter et inculpate judicare potest eam partem de qua dubitat an prohibita sit, non esse prohibitam: ergo &c. Probo min. fieri potest ut viri docti et prudentes judicent partem hanc neque prohibitam non esse. atqui fieri etiam potest, ut homo aliquis ex omnia percipiat motiva ex quibus viri illi docti, et prudentes judicarent partem hanc non esse prohibitam ergo fieri potest ut homo iste sicut et illi prudenter judicat licitum esse sibi partem hanc amplecti. Objectio solv. 132.

Nego min. Ad cujus probationem. Fieri potest ut homo percipiat omnia motiva, ex quibus viri illi prudenter judicarunt &c. sed fieri non potest ut motiva haec ipsum moveant eodem modo, quo ipsi per motiva haec moventur, cum et motiva haec in eundem in ipso ac in illis affectum producant, nego min. et conseq.m Itaque motiva quae menti nostrae proposita sunt, possunt viros pios in varios assensus inculpate distrahere, cui [illegible] necesse est ut ex hisce motivis alia aliis [illegible], et vacillant [illegible] alioquin non essent extra dubium [illegible]. [illegible] non motiva haec intelliguntur [illegible] eo modo [illegible] objiciuntur, nam Responsio.

qui

pe ut omnino æqualia ita ut mens mea inter utramque partem sus-
pensa, plane remaneat. ergo iisdem motivis quamdiu talia remanebunt
determinari non possum ad judicandum hanc contradictionis partem
veram esse prae altera. ergo in hoc casu eam debeo partem amplecti,
quæ magis a periculo peccandi removet; licet alii qui eodem dubio
in casu non sunt, eam possint partem amplecti, quæ longe proba-
bilior ipsis videtur

Ib. vit. et re-
sponso.
1. 3.
Illud denique notant, quod si pars tutior semper eligenda esset, omnes
teneremur in eremum secedere, vel monasterium ingredi; quia illud vi-
tæ genus tutius est, minusque periculorum. Quod tamen falsum esse
respondemus; nam illud vitæ genus cuique magis tutum est, ad quod
illum Deus destinavit, et idoneum fecit. Porro certum est Deum alios
ad vitam cælibem, ad conjugalem, alios ad solitudinem destinasse. Un-
de bene agunt homines si eam vivendi formam teneant, et prosequ-
antur ad quam eos Deus vocavit.

[illegible] Ea quæ de conscientia scrupulosa agi solent, moralis disciplinæ pro-
fessoribus pertractanda reliquimus. Ad eos enim spectat tum scru-
pulorum causas et originem, tum ad scrupulos vitandos remedia assig-
nare, ac quomodo cum scrupulosis se gerere debeant Confessarii os-
tendere. [illegible]

[illegible] Ad conscientiam modo, et opinionem probabilem noster convertatur
sermo, quæ duo maximæ gravissimæque tum praefecto, tum
[illegible] in quæstionibus agitari consueverunt. Nos non fusius ut non
nulli solent, sed ut instituti nostri ratio postulat, hæc breviter ex-
[illegible], ita tamen, ut quid in hac materia de summa ratione inter
philosophos non solum, verum etiam inter theologos disputatum sit,

quid

quid ergo sit sentiendum, ... Quod ut rite praestare possimus nonnulla sunt praemittenda, quae antequam ad quaestionem deveniamus scitu necessaria sunt.

Primo, suppono esse conscientiam probabilem, quae pro opinione probabili plerumque usurpari solet, stricte loquendo ab hac differt. Nam conscientia probabilis est actus, quo intellectus ob rationem gravem sed fallibilem judicat actionem hic et nunc operandam licitam vel illicitam; opinio vero probabilis est actus quo intellectus ob rationem gravem sed fallibilem, judicat aliquid esse licitum, vel illicitum independenter a praxi actuali seu exercitio.

Sumi deinde possit opinionem probabilem dupliciter considerari posse, speculative et in se, practice et respective ad operantem. Priori modo considerata est opinio verisimilis, sed non evidenter vera, sive est opinio quae nititur gravi motivo sed absolute fallibili. Altero modo spectata est ea quae apparet niti motivo tam gravi, quam si absolute fallibili, et post diligentem veritatis inquisitionem possit merito et prudenter approbari ut vera. Non potest autem merito et prudenter approbari ut vera ob apparentiam veritatis, quae habet majorem aut etiam aequalem apparentiam falsitatis.

Advertimus tertio probabilitatem dividi in extrinsecam et intrinsecam. Probabilitas intrinseca est ea, quam facit momentum aliquod ab ... claritate distinctum, seu est momentum ipsius rationis. Extrinseca est ea, quam facit momentum auctoritatis doctorum, seu testium. Doctorum tamen auctoritas non movet, nisi in quantum praesumitur eos ea conjunctam esse gravem rationem. Quare probabilitas, quae ab auctoritate doctorum, certum est illi non numero, quam ponderum

ra-

mento, videlicet probitate, doctrina [illegible] dimetienda est

Ipso denique nomine opinionem tutam eam esse, quae removet a periculo peccandi, tutiorem quae magis removet; minus tutam quae minus removet a tali periculo. Item tutior pro praecepto stat hoc est asserit extare praeceptum, et ~~obligationem~~ aliquid iubens vel vetans aliquid. Minus tuta dicitur favere libertati, quia negat extare praeceptum, et obligationem circa aliquid, sed asserit hominem posse licite pro arbitrio alterutrum eligere.

His praemissis quaerimus primo, utrum liceat sequi opinionem minus probabilem de licito, seu quae libertati favet declarando rem aliquam fieri posse ut licitam; in concursu alterius opinionis probabilioris de illicito, seu quae favet legi declarando rem aliquam esse illicitam, et ut talem fieri non posse. 2do utrum liceat saltem amplecti opinionem quae favet libertati cum ipsa aeque est probabilis ac opposita quae favet legi. 3tio demum an liceat saltem adhaerere opinioni quae favet libertati, cum opposita quae favet legi minus est probabilis. Quaestio jam circa praecepta non circa consilia versatur: cum enim de consiliis agitur pars tutior, et probabilior non est necessario sequenda, satis est [illegible] tuta ex parte, imo [illegible] multos in gradu [illegible] [illegible]

10 Propositio 1ma Non licet sequi opinionem minus probabilem libertati faventem in concursu probabilioris [illegible] legi.

134.

Prob. Id fieri non potest, quod licitum esse [illegible] [illegible] ... [illegible] [illegible] [illegible] omissionis atque [illegible]

omnis

quam opinionem minus probabilem, et minus tutam in concursu probabilioris non potest, nisi erronee judicando actionem vel omissionem suam licitam esse: ergo. Prob. min. Ille non potest judicare suam actionem vel omissionem esse licitam, nisi in judicando minorem verisimilitudinem majori, et motiva minus gravia gravioribus praeferat, ut patet; sed qui in judicando minorem verisimilitudinem majori, motiva minus gravia gravioribus praefert, imprudenter judicat: ergo sequens opinionem minus probabilem et minus tutam non potest nisi imprudenter judicare actionem vel omissionem suam licitam esse. Min. prob. Si vere enim intellectus prudenter procedat in judicando, debet in judicando quantum in se est vitare maximum periculum erroris: atqui hoc non facit, si in judicando minorem verisimilitudinem majori praefert; nam intellectus non censetur in aestimatione prudenti vitare quantum in se est errorem, nisi sicut in evidentibus amplectitur id, ita in obscuris id, quod omnibus [illegible] perpensis verisimilius apparet. Quare est hoc praeceptum generale prudentiae, ut in evidentibus sequamur veritatem notam de honestate actus, et in obscuris verisimilitudinem majorem, et magis amoventem a periculo contra legem agendi.

Confirmatur primo. Ut quis non peccet debet habere judicium saltem moraliter certum, quod actio sua sit licita. Nam homo semper tenetur moraliter agere, nec licet se exponere periculo peccandi; prudentia autem cum sit virtus mentis practica requirit certitudinem saltem moralem; atqui homo [illegible] non potest sequens [illegible] minus probabilem, et minus tutam: nam non potest illi apparere certum [illegible] actionem esse licitam, cum illi appareat certum

quod

quod verisimilius est cum [illegible]. ergo.

Confirmatur 2do. Ille contra conscientiam agit, qui meliora videns, et approbans, deteriora sequitur quae improbat; sed qui opinioni minus probabili adhaeret sequitur deteriora, quae improbat; qui enim opinionem minus tutam, minusque probabilem judicat, eo ipso eam improbat, et in opposito conscientiam suam format: ergo.

Objectio prima 135. Potest quis per principia certa formare judicium prudens, et certum, quod liceat sequi opinionem minus probabilem, et minus tutam in concursu probabilioris: ergo.

Responsio. Nego ant. Nam principia probabilistarum, non sunt certa, sed controversa; imo sunt falsa, aut saltem dubia, ut patet ex nostris rationibus. Unde non possunt fundare judicium moraliter certum de honestate actionis vel omissionis.

Objectio 2da 136. Motivum grave hoc ipso, quod grave est dignum est assensu, et facit magnam spem assequendae veritatis: ergo.

Responsio. Distinguo ant. Quamdiu non apparet motivum gravius vel aequale in oppositum, con. cum apparet motivum gravius, vel aequale pro opposita parte nego ant. et conseq.am Nam gravitas motivi vincitur per gravitatem majorem alterius motivi oppositi, et neque potest vincere gravitatem aequalem. Porro motivum grave non sic dicitur, quia mereatur assensum in omni casu, sed tantum, quia illum meretur, quamdiu ejus vis non superatur per majus motivum oppositum vel non eliditur per aequale quod vicissim elidit; nulla enim gravitas praevalere potest majori, vel aequali oppositae.

Objectio 3tia 137. Motivum per se sufficiens ad prudentem assensum, semper ad eum sufficit: sed tale est probabilistarum motivum: ergo.

Re:

Motivum per se et intrinsece sufficiens ad prudentem assensum Responsio.
pro quocumque casu, semper sufficit ad prudentem assensum, at
non semper ad prudentem assensum sufficit motivum, quod ad illum
sufficiens est tantum pro aliquibus casibus. Motivum autem proprie
ea quae non est motivum per se et intrinsece sufficiens ad pruden-
tem assensum pro quocumque casu. Secus enim sufficeret etiam
dum potior occurrit motivum evidens et certum pro parte opposita.

Sequens opinionem minus probabilem agit cum ratione: ergo Obiectio 7ta.
non peccat. 138.

Agit cum ratione, quae superatur per aliam majorem in op- Responsio.
positum et quae proinde non sufficit ad prudentem assensum;
et sic agit imprudenter et irrationabiliter.

Opinio minus probabilis in concursu probabilioris, remanet vere Obiectio 8va.
probabilis, ergo eam sequi licet. 139.

Resp. dist. Etiamsi licet opinio minus probabilis in concursu pro- Responsio
babilioris ad summum speculative et secundum se probabilis
remaneat; non est tamen probabilis practice, et in ordine ad
hic et nunc operandum cum prudenti judicio de honestate seu
liceitate actus. Probabile enim, juxta supra est id, quod dignum
est approbatione. Porro minus probabilis opinio, et quae leviora
habet rationum momenta in concursu probabilioris non est
approbatione digna.

Illa opinio est absolute probabilis, quae non cognoscitur ut Instantia.
evidenter falsa: sed opinio minus probabilis in concursu probabi-
lioris non cognoscitur ut evidenter falsa: ergo. Hoc exemplo
illustratur: Si Petrus [illegible] annos, [illegible]

eo fiamus non sit dubius: ergo posterius.

Responsio. Nego min. Quia opinio probabilis ea est, quae gravi quodam fundamento innititur: sed licet opinio minus probabilis non cognoscatur ut evidenter falsa, ~~[illegible]~~ non idcirco gravi fundamento destituitur, cum pugnet cum alia probabiliore, quae magis ad veritatem accedere videtur. Adducta paritas nihil valet: quia inter majorem unius hominis et minorem alterius scientiam nulla vera est oppositio, ac proinde minor non est alterum ab altera non destrui. ~~[illegible]~~ quae tamen oppositio invenitur in duabus propositionibus, quarum una sit minus probabilis altera probabilior, ut apparet in istis: hic contractus est licitus, hic idem contractus non est licitus.

Objectio 6ta. 140. Opponunt denique legem non obligare, nisi cum certum et evidens est illam existere. Tenet legem Christi et [illegible] non esse legem servitutis sed libertatis. jugum ejus est Matth. 11. suave esse. Sed inquirunt qui negant ~~[illegible]~~ benignas opiniones tenendas esse, jugum Christi asperum faciunt et cautelas in perplexitatem adiguntur.

Responsio. Ad primum negamus legem non obligare nisi cum certum et evidens est illam existere: 1mo quia hoc continet laxitatem intolerabilem; 2do quia male negaretur, legem naturalem quoad maximam sui partem invalidius latam esse a Deo. Nam ut patet ex dissidiis doctorum circa innumeros pene casus lex naturalis quoad maximam sui partem, et innumeros casus non cognoscitur evidens: 3tio quia tenerent sequi opinionem minus tutam, quamdiu habet aliquid probabilitatis, quod tamen damnatum

est

...est ab Innocentio XI.

Ad alterum cum dictum respondeo: si jugum Christi est suave, quia
per gratiam efficitur, non longius est leve ... quia nos liberat
a servitute tum legis Mosaicae, tum diaboli et peccati, con. quia
unicuique licitum est facere quod velit, atque id etiam quod pro-
babilioris dicat esse peccatum, nego. Jugum suave est Christi
jugum, quia quidquid durum est ... ut sit leve charitas
facit, ut docet Aug. sermone 90. Sed non ideo jugum Christi leve
est cum stolidis ..., qui mendacem fecerunt Christum di-
centem, arctam esse Coeli viam, et paucos qui per eam ingrediun-
tur.

Non licet sequi opinionem probabilem, quae favet liberta- Propositio 141.
ti, in concursu alterius oppositae aeque probabilis, quae favet
legi.

Prob. primo. Extat illud praeceptum generale lumine naturae notum
et in jure canonico saepe a summis Pontificibus traditum, ut ...
ipsum dictionum: in dubiis tutior pars est eligenda: ... qui
... se exponit periculo faciendi contra legem, et pec-
candi: atqui in concursu duarum opinionum aeque probabilium
est verum dubium, ut docet S. Thomas quaest. 14. de ver. art. 1 ...
est ... suspensio judicii de veritate, et falsitate ob motiva pro
... parte aequalia. neque enim est potior ratio judicandi
unam opinionem esse veram quam alteram, cum neutra plus
... appareat vera aut verisimilis quam altera: et sic ...
intellectus necessario suspendit judicium. ergo in tali concursu eli-
gi debet pars tutior agendo id quod legi ...
Prob.

Prob. 2ᵒ qui se exponit periculo peccandi peccat, juxta illud Eccles. qui amat periculum peribit in illo: sed qui facit id quod ei appareret tam probabile esse illicitum quam licitum exponit se proximo periculo peccandi, attento animi sui conceptu, cum ag[...] [illegible] et necessario judicat esse aeque probabile actum prohiberi: ergo.

Confirmatur. Opinio aeque tantum probabilis stans pro libertate non potest afferre certitudinem moralem, quae saltem requiritur ad non peccandum: nam motiva, quibus [illegible], eliduntur per motiva opposita aeque gravia. quantum enim illa habent vim movendi ad assensum, tantam alia movendi ad dissensum, et sic intellectus nihil habet, quo possit saltem prudenter et firmiter determinari ad assensum.

Objectio, nᵃ. 142. Axioma illud. in dubiis tutior pars est eligenda, continet dumtaxat consilium, non praeceptum saltem in omni casu: ergo [illegible] non ostenditur q.

Respo nᵒ. Nego ant. Nam omnes Pontifices illud adhibent, ut principium a [illegible] decisionis, ac se obligans pro omni casu, [illegible] [illegible] et certum, et [illegible] notum. Et revera aliquin homo in aestimatione prudenti exponere se periculo a[illegible] contra legem et peccandi.

Objectio nᵃ. 141. Motivum grave non amittit gravitatem suam eo quod concurrat cum motivo aeque gravi in oppositum. Ergo motivum grave etiam in concursu aeque gravis sufficit ad probabilitatem [illegible]tum.

Responsio. Nego cons. quia utrumque motivum retinet gravitatem suam in concursu, et [illegible] se mutuo elidunt, neutra par[...]

ma;

magis apparent [illegible] confusa ac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et sic [illegible]. [illegible] autem [illegible]
[illegible], praeceptum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] par-
tem [illegible] in omni dubio, ne nos [illegible] periculo exponamus.

[illegible] regula [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] disciplina [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] 1444.
[illegible] est [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habent [illegible] [illegible].
dubium facti [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] est [illegible] aliud legis [illegible] aliud facti. Dubium ju-
ris est dubium de lege, [illegible] [illegible] [illegible] actio aliqua [illegible]
[illegible] vel illicita. Dubium facti est dubium de facto aliquo, [illegible]
[illegible] crimen aliquis commiserit vel non. Porro [illegible] [illegible]
[illegible] intelligi [illegible] [illegible] [illegible] facti, et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
est [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] periculo [illegible]
[illegible] innocentem. Et contra [illegible] [illegible] [illegible] licite [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] periculo [illegible] contra legem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] peccat.

[illegible] [illegible] [illegible] probabilitatem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est, ut [illegible] [illegible] opi-
nionem probabiliorem [illegible] opinionem [illegible] [illegible] [illegible]

eis

[illegible] oppositam etiam in conscientia alterius, quae probabilis [illegible] sit; et [illegible] non [illegible]. Verum ex dictis satis compertum est quantum a recta conscientiae ratione alienum sit, doctrinam hanc quasi certam novam regulam proponere. Ea enim semel admissa, nullum erit flagitium quod licitum, et innoxium evadat. In hoc relucet [illegible] tot im[illegible] decreta, quae [illegible] ob[illegible]stinationem nascuntur est, et quae sacrum Gallicanorum Praesulum auctoritas anathemate [illegible], et potestas [illegible] [illegible], [illegible], et [illegible] permittunt.

Propositio [illegible] 145.

E duabus opinionibus [illegible] [illegible] probabilior altera.

106 Potest quis sine peccandi periculo illam agere [illegible] [illegible] judicat esse licitum, [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] prudentiam, quae est una e [illegible] regulis [illegible] [illegible] opinionem, quam videt oppositam esse [illegible] [illegible], prudenter judicat objectum [illegible] esse [illegible] [illegible] quia prudenter judicare non potest, [illegible] [illegible], nec potest etiam [illegible] de eo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] altera opposita [illegible] [illegible] non potest [illegible] [illegible] manifeste [illegible] [illegible], [illegible] opposita, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Confirmatur. Cum liceat sequi opinionem, quae et rationi conforme et humanae [illegible] [illegible] communicans est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tamquam [illegible] 106.

[illegible]

Quoad primum. Est quidem rationi consentaneum judicium, quod quæ [illegible] viribus moti [illegible] innititur; atque prudenter agit, qui [illegible] rationibus firmatum habet, actionem suam esse licitam, qui nullum habet errore [illegible]: ergo [illegible] Opinio minus tuta sed probabilior est humanæ naturæ [illegible] accomodata, si talis est humani ingenii imbecillitas, ut cum certitudine metaphysica de materia [illegible] in materia honestate non semper operari possit; sed rei [illegible] habet: imo talis est hominum pars maxima, ut aliorum hominum auctoritate, non autem propria doctrina plerumque ducantur, quæ agantur: [illegible]

[illegible]

Unum tamen est, quod in hac propositione monendum esse [illegible], [illegible] sermonem nisi [illegible] nobis esse duntaxat de actionibus quas licitas esse, vel illicitas certo non constat. Nam in iis quæ absoluta necessaria sunt necessitati medii; ut [illegible] sacramentorum administrationem, et [illegible] pertinent, tutior pars etiam [illegible] minus est probabilis, [illegible] quæ est eligenda; sed hæc ad Theologos spectant.

Opponunt neque 1. Ergo [illegible] cum utilitate credendi [illegible], Objectio prima. omnem opinionem eo ipso quo talis est, erroneam esse. 146.

Verum respondemus 1. Doctorum opinionem non nominari ut [illegible] [illegible] a nobis; [illegible] confundit cum errore, cum [illegible] operari [illegible] qui in errore versantur, quod opinamur, inquit, debemus errori. Opinio [illegible] longe diverso modo accipi, patet ex iis, quæ usque nunc in hoc cap. [illegible] [illegible]

Opponunt [illegible] et dicunt quod opinio tutior licet minus probabilis, est Objectio [illegible]. tamen adhuc probabilis, et habet motivum grave, ergo hanc [illegible] 147. [illegible].

Re-

Responsio. Rem ita se habere reponimus, si opinio tuta sit absolute, et moraliter spectetur comparate ad oppositam longe probabiliorem, et relate ad operantem. Nam tunc ejus motivum operanti apparet leve, sic ut prudenter contemnatur prae opposito longe graviori; proinde quoad pericula ex circumstantiis se habet ac si non esset.

Objectio 3tia. Formido est essentialis cuilibet opinioni etiam probabilissimae; ergo nulla opinio potest esse moraliter certa.

148. Responsio. Distinguo ant. Formido logica conc., moralis nego ant. et conseq. Duplex est formido, una logica quae est essentialis omni assensui opinativo, et consistit in actu quo intellectus cognoscit non repugnare proprie ex suis motivis attentis, rem aliter se habere, atque judicat; et alia moralis quae est accidentalis assensui opinativo, et ab eo separabilis, consistitque in actu, quo intellectus dicit rem fortasse aliter se habere, sive quo non leviter suspicatur rem aliter se habere atque judicat. Haec sola formido repugnat certitudini morali, et ab opinione probabilissima abest.

Scholion. Quaeri denique potest, ad quid teneamur, quando opinio est probabilis contra exsistentiam alterius. Verum respondemus, nos teneri servare praeceptum, quando opinio affirmans illud exsistere, est unice probabilis. Tenemur enim servare praeceptum, cujus exsistentia apparet aeque probabilis, ac non exsistentia ut diximus; ergo a fortiori, cujus exsistentia apparet unice probabilis. Accedit quod homo in hoc casu potest prudenter judicare exsistere legem, nec id potest nisi imprudenter negare.

Nego maj. Obiectum enim est actui extrinsecum, et tamen mora- Responsio.
litatem extrinsecam eidem communicat. Ratio ulterior est, quia
ordo, quem actus dicit ad obiectum, aut circumstantias, est ordo a-
ctui extrinsecus, sive essentialiter, sive non: porro ex ordine hoc extrin-
seco intrinseca moralitas nascitur.

Id quod tribuitur alicui ratione substantiae, non tribuitur illi Obiectio 2da.
ratione accidens: atqui actioni tribuitur bonitas, vel malitia ratione 112.
substantiae obiecti: ergo non tribuitur illi ratione accidens. Atqui
circumstantia est accidens comparata ad obiectum: ergo ejusmodi boni-
tas, vel malitia non desumitur ex circumstantia. Deinde: bonitas, vel
malitia actuum humanorum desumitur tantum a fine: ergo non a
reliquis circumstantiis. Ant. prob. ex Aristotele ajente = cujus finis bo-
nus, ipsum quoque bonum, et cujus finis malus est, ipsum quoque ma-
lum est = cui pulchre concinit S. Aug. cujus haec est doctrina = idem
quod finis est culpabilis, vel laudabilis idem hoc sunt opera nostra cul-
pabilia, vel laudabilia =: ergo etc.

Ad 1um con. maj. dist. minor. ratione actioni tribuitur bonitas, vel ma- Responsio.
litia ratione obiecti substantiam, et etiam secundum accidens,
[illegible]